SCRITTORI D'ITALIA

GIAMBATTISTA VICO

SCRITTI VARI
E PAGINE SPARSE

A CURA DI

FAUSTO NICOLINI

BARI
GIUS. LATERZA & FIGLI
TIPOGRAFI-EDITORI-LIBRAI
1940-XVIII

SCRITTORI D'ITALIA

N. 174

G. B. VICO

OPERE

VII

GIAMBATTISTA VICO

SCRITTI VARI

E PAGINE SPARSE

A CURA DI

FAUSTO NICOLINI

BARI

GIUS. LATERZA & FIGLI

TIPOGRAFI-EDITORI-LIBRAI

1940 - XVIII

I

DE MENTE HEROICA

(1732)

DE

MENTE HEROICA

DISSERTATIO

HABITA

IN REGIA ACADEMIA NEAPOLITANA

XIII KAL. NOVEMBRIS

ANNO CIƆDCCXXXII

NEAPOLI Anno CIƆIƆCCXXXII

Iohannes Franciscus Pacius

REGIAE UNIVERSITATIS STUDIORUM TYPOGRAPHUS

PUBLICA AUCTORITATE EXCUDEBAT

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI VIRO

COM. ALOYSIO THOMAE DE HARRACH

NEAPOLITANI REGNI

PRO REGE

MODERATORI

VIGILANTISSIMO INTEGERRIMO OPTIMO

QVI

QVATVOR GENEROSISSIMOS FILIOS

AD EGREGIAS PACIS BELLIQ. ARTES

MAIORVM ET SVO IN PRIMIS HEROICO

FINXIT EXEMPLO

HANC DISSERTATIONEM

QVAE

STVDIOSAM LITERARVM IVVENTVTEM

MANVDVCIT

AD HEROICAM SAPIENTIAM

COMPARANDAM PRAECEPTIS

REGIA ACADEMIA NEAPOLITANA

OB PLVRIMA AB EO ET MAXIMA

BENEFICIA IN SE COLLATA

OBSEQVENTIS ET GRATI ANIMI

TESTEM D.

Ex *Doctrina de moribus:*

« Iuvenes gloria, viri potentia, senes utilitate ducuntur ».

DISSERTATIO

Heroica studendi ratio proponitur — Heros poëtarum — Heros philosophorum — Gloria heroum scopus — Christianus literatus heros — Pietas heroicae sapientiae fundamentum — Auditorum... — antecessorumque praestantia — Auditorum... — antecessorumque academica officia magnanima — Expenditur vox « studiorum universitas » ad universum scientiarum orbem auditoribus ambiendum — Studium literarum heroicum — Expenditur vox « sapientia » ad noscendum proprium studiorum finem — Expenditur vox « publicum gynnasium » ad profliganda *vicia literatorum — In studiorum universitatibus ratio studendi* omnium optima — Sapientia integra comparanda — Studiorum fines humani — Studiorum fines heroici — Delectus scriptorum sublimis — Sublimis commentariorum ratio — Auditio lectioque sublimes — Ratio humana universa perficienda — Sublimis doctrinarum delectus — Lucubratio sublimis — Librorum censura perpetua — Ad nova optima maxima invenienda exhortatio — Huius studiorum rationis utilitates in vita ingentes;... — certe post obitum fructus aeternus.

Quum in hac regia Academia utilissimum institutum quotannis literarum studia solemni ad vos, optimae spei adolescentes, oratione habita rite et ordine auspicandi satis diu siluisset; et huic nuper creato illustrissimo praefecto, viro usquequaque doctissimo et in vestra re literaria augenda, quam qui maxime, effuso, id de more, hac stata recurrente die, in primis usurpari placuerit; — me sane, qui tres supra triginta perpetuos annos eloquentiae professoris munere in hac ipsa fungor et severis meditationibus literariis sum pene absumtus, novum aliquod ad vos afferre argumentum omnino decet, non sententiarum calamistris verborumque cincinnis iuveniliter

exornatum, sed, quam maxime fieri potest, et ipsarum rerum pondere grave et vestro uberrimo fructu refertum. Quod, quia suapte natura est amplitudinis, splendoris sublimatisque plenissimum, in eo dissertando,

> ... fungar vice cotis, acutum
> reddere quae ferrum valet, exsors ipsa secandi,

et quia vos, tantis promissis exciti, in caussa, in qua vestra res agitur, iam ad attente ac benigne audiendum parati estis, in primo ingressu huius orationis id dabo.

In literarum studia, adolescentes ingenui, incumbendum vobis est, haut sane ob fines quibus facile a vili vulgo sordidoque vincamini, ut ob parandas divitias; nec quibus a militibus aulicisque longe superemini, ut caussa honorum et potentiae; neque adeo quibus ducuntur philosophi, ipsius nempe sapientiae desiderio, quo capti, plerique omnes in umbra abditi omnem aetatem degunt ut ociosi sua animi tranquillitate perfruantur. Aliquid est a vobis expectandum longe praestantius. Sed quid isthuc? — mirabundus aliquis vestrum inquiet: — a nobis humana conditione maiora petis? — Isthuc numero ipsum, sed ita maiora ut sint tamen vestrae naturae convenientia.

A vobis, inquam, est expectandum ut literarum studiis operam detis, qua vestram mentem explicetis heroicam et sapientiam ad generis humani felicitatem instituatis: quo consilio, nedum divitiae opesque, vobis eas aspernantibus, affluent, sed ipsi honores et potentia vos, nihil tale curantes, ultro ambibunt. Neque enim sine verbi delectu et pondere dixi ut literarum studiis mentem heroicam explicetis. Nam, si heroës a poëtis seu dicti seu ficti sunt, qui divinum iactabant

> ... genus ab Iove summo,

humana certe mens sine omni fabularum commento divinam habet originem, cui tantum deest ut doctrina et eruditione

explicetur. Videte quantum a vobis humana conditione maiora peto, ut postulem a vobis divinam prope vestrarum mentium celebrari naturam!

Heros enim philosophis definitur « qui sublimia appetit ». Sublimia autem iisdem ipsis sunt haec optima maxima: supra naturam Deus; in natura haec spectabilium rerum universitas, in qua neque quid maius est quam hominum genus, neque quid proinde melius quam generis humani felicitas, ad quam unam uni unice intendunt heroës, qui, fama meritorum in genus humanum maxime pervagata, qua per populos et nationes perstrepente voce Cicero eleganter gloriam describit, nominis sibi pariunt immortalitatem. Itaque vestra vobis studia principio ad Deum optimum maximum sunt dirigenda; deinde prae Dei gloria, qui nobis in universum genus humanum diligentiam iubet, ad generis humani felicitatem. Quum haec igitur proposita exposita ita sint, eia agite, adolescentes ad optima maxima nati, et mente heroica ad hanc studiorum universitatem animos Deo plenos appellite, ac proinde cunctis terrenis affectibus defoecatos ac puros, et cum ingenti vestro profectu experiminor divinum verum illud: « Initium sapientiae est timor Domini ».

Mens enim, quae divinis rebus suapte natura infinitis aeternisque oblectatur, non potest non agitare sublimia, non conari grandia, non efficere egregia: quare illa est persuasio minime temeraria: viros pietate insignes, ubi se literis applicuerunt, non sine certa divina ope, ut Caesarem Baronium cardinalem aliosque quam multos, cum mole tum ingenio et doctrina, admiranda opera lucubrasse. Dum vero isthinc mente heroica sapientiam e primo limine salutatis, magno animo contemplemini quae heic vobis ob oculos sunt exposita.

Qui gravissimi viri praeclaris distincti insignibus heic ab dextera consident, est publica eruditio, quam augustus Caesar Carolus VI Austrius, rex Hispaniarum, vobis erudiendis heic habet instructam: ut, quales virtute ad imperii romani regnorumque tutelam fortissimos belli duces per campos et acies sibi paravit, tales sapientia ex vobis in hac umbra comparet

ad eorumdem beatitudinem: quo vos invitat, et compluribus in vos legum irrogatis beneficiis, et praeclaris honoribus huic militiae palatinae tua potissimum caussa collatis, studiosa literarum iuventus, o spes altera reipublicae, o altera praecipua summi principis cura. Cui administrans qui pro rege hoc regnum summa virtute et sapientia feliciter moderatur, excellentissimus comes Aloysius Thomas de Harrach, ita hanc studiorum universitatem enixe fovet, eique ita prolixe favet, ut — quod antea saeculo contigebat — is trium annorum spacio quinque ex hoc consessu Caesari commendarit antecessores quos regios episcopos designavit. Quantum autem in his ipsis sit doctrinae instar, etiam atque etiam cogitate: omnium aetatum omniumque doctarum gentium principes in quaque scientia scriptores quemque horum ex sua cuiusque facultatis vi mente condere ut vobis non solum promptos habeant et ad manum paratos, sed, ubi usus opusve iis videatur, ab sese praeterea explicatos, emendatos et auctos: cui facultati quisque suae proluserunt periculosis solemnium praelectionum intra brevissimas temporis angustias factis experimentis, quibus spectati in hunc antecessorum ordinem lecti sunt. Hinc intelligite quo honore quantaque veneratione vos eos prosequi oporteat; quod ab eorum laeva tot amplissimi senatores adsideant; qua loci dignitate profitentur, se suam huic publicae eruditioni accepto referre sapientia, qua praeclarissimos in republica honores adepti sunt. Quibus argumentis plenissimis dignitatis magnum excitate animum, et magnanimitatis pulcherrimam illam notam ostendite: vos dociles, obsequentes et gratos ab his doctissimis antecessoribus castigari, doceri, corrigi, quod hi in hac non solum Italiae sed totius ferme Europae splendidissima urbe, vestram conditionem velint quam ornatissimam; et nunc patria pietate heic se vobis praebent ut vos omnibus et cyclicis et acroamaticis, quae usquam celebrantur, disciplinis instituant. Namque id est quod haec vox « studiorum universitas » pollicetur.

Et quidem certe ab his doctoribus scientiae vobis omnes sunt perdiscendae. Etenim manca et debilis institutio literaria

illa est in unam, certam ac peculiarem disciplinam tota mole incumbentium. Scientiae namque eadem natura sunt qua virtutes: de quibus Socrates, qui in placitis habebat ipsas virtutes nihil aliud esse quam scientias, omnino negabat uspiam unam esse veram nisi ibidem ceterae omnes adessent. Quid? contraxistis frontem? an hoc dicto vestra ingenia deterrui? Iniuriam sane facitis divinae vestrae mentium origini. Ne supina vota concipiatis ut dormientibus vobis in sinum de coelo cadat sapientia, eius efficaci desiderio commoveamini, improbo invictoque labore facite vestri pericula, quid possitis — conaminor, quantum possitis; — vestras in omnes partes versate vires, vestras mentes excutite et incalescite deo quo pleni estis: eoque consilio, quod poëtis natura evenit, vobis ipsis mirantibus, divina edideritis vestra ingeniorum miracula. Haec quae dissero literati itali, momentoso illo et ad rem qua de agimus apposito verbo, graviter luculenterque confirmant, quo quanque studiorum universitatem « Sapientiam » appellant.

Sapientia Platoni definitur hominis interioris purgatrix, sanatrix, consummatrix. Interior autem homo mens et animus est, utraque pars, originis vicio, corruptissima: mens, ad verum facta, falsis opinionibus et erroribus aestuans, animus, natus ad virtutem, pravis affectibus et viciis excruciatus. Igitur hoc est huius publicae eruditionis propositum, ad quod oculos collimetis oportet: vos huc, mente animoque aegrotos, convenisse ob vestrae melioris naturae medelam, salutem, perfectionem. Neque enim haec quae dico stultus aliquis derisor subsannet. Namque eorum quae dico eruditos omnes mihi habeo auctores illo a corporibus ad animos sapienter translato vocabulo, quo studiorum universitates « publica » appellant « gymnasia »: quod, quia antiquis nosocomia erant incognita, uti gymnastica, quae in thermis exercebatur, corporum, ita in studiorum universitatibus vires reficiuntur, firmantur, augentur animorum. Haec si cogitaveritis, ingens illud e vestrís studiis emolumentum percipietis: vos rei literariae dare operam qua velitis, non videri, sed esse doctos; quod a sapientia desideretis curari, sanari, perfici. Nam de omnibus aliis sive naturae

sive fortunae bonis homines sat habent videri: de una salute omnes sese esse revera sanos exoptant.

Hoc fine, qui sapientiae proprius est, vobis semel proposito, iam illi longe minores vestris animis excidant necesse est, divitiae nempe et honores; et, opibus aucti, honoribus cumulati, non destiteritis fieri usque et usque doctiores. Omnis fraus a vestris mentibus aberit, vanitas omnis et impostura, quod non cupiatis videri, sed desideretis esse doctissimi. Vos nec ulla afficiet in alios, neque adeo aliorum in vos perstringet invidia, qua uruntur, qua laeduntur opum avidi, honorum ambitiosi; et quae inter illos invidia est, inter vos fiet generosa aemulatio. Quod id omnibus, citra invidentiam, commune bonum, ut sunt omnia divina, quia infinita, desideretis vestram mentium ac proinde animorum a corporis contagione secretam ὁμοιθειότητα.

Nam quod curta contenti literarum suppelectile, non solum ineptam, perversam quoque etiam accusant hanc in studiorum universitatibus docendi rationem, ubi nedum alii alia (sive adeo eadem, alio tamen argumento aliave methodo), sed saepe prorsus contraria doceant. Incommoda sane ratio, fatemur quidem, namque optima perpetuo uniformis optanda esset. Sed, quando ea per rerum naturam ab tribus his pulcherrimis necessitatibus pernegatur, novis inventis, novis detectis veris, novis castigatioribus curis, haec, quae ab istis accusatur, docendi ratio optima est, et ob tres has vicissim, quas affert, haut spernendas utilitates:

principio, nequis vestrum in ullius magistri verba sacramento adigatur, quod plerumque fit in scholasticorum disciplinis;

deinde, ne ullo literarum saeculo abripiatur, ut in privatis gymnasiis, cuius fluxa studia ut cooriuntur, ut occidunt et, repente adulta, repente consenescunt: at literariae operae, quae immortalia opera efficiant, aeternitati locandae sunt;

postremo — quod ad nostrum argumentum in primis attinet, — ut pernoscatis ecquid boni aliae aliis disciplinis commodent, nam quaeque aliquid in se boni habet, ecquid omnes

in ipsam sapientiae integrae summam conferant, ad quam capessendam, liberales adolescentes, vos serio seduloque et moneo et exhortor.

Hac igitur potissima de caussa audite omnes disciplinarum doctores, eo tamen, quod diximus, proprio sapientiae proposito: ut eorum doctrinae curent, sanent, perficiant omnes vestras mentium animorumque facultates. Et metaphysica intellectum a sensuum carcere, logica rationem a falsis opinionibus, ethica voluntatem a pravis affectibus liberet. Rethorica, ne lingua mentem, neve mens caussam aut prodat aut deserat. Poëtica, ut effrenes phantasiae aestus temperet. Geometria ingenii errores contineat. Physica vero stupore vos excitet, quo defixit cum suis natura miraculis.

At enim non hi sunt amplissimi bonorum fines, quibus sapientia beatur. Proponite vobis et expectate longe splendidiores. Studiis namque linguarum, quas nostra christiana religio colit ut suas, cum praeclarissimis historiae universae populis sermones serite: omnium antiquissima cum Hebraeis, omnium elegantissima cum Graecis, omnium maiestatis plenissima cum Latinis. Quumque linguae sint ferme naturalia morum vehicula, orientalibus, quae ad linguae sanctae captum sunt necessariae, ut ante omnes chaldaica, vos in urbe omnium maxima, Babylone, Assyrii magnificentia, Athenis Graeci attica vitae elegantia, Romae Latini animi altitudine imbuant. Lectione historiarum maximis orbis terrarum imperiis, quae unquam floruerunt, animis praesentes adeste, et, ad civilem prudentiam exemplis firmandam, expendite origines, incrementa, status, devolutiones et interitus populorum ac gentium, et ut rebus humanis flagitiosa fortuna superbe dominatur, ac super fortuna ut sapientia firmum ac stabile regnum obtinet. At hercule illa poëtarum, cum ineffabili, quia hominis maxime propria, voluptate, qui suapte natura fertur ad uniforme; personarum in omni vitae genere, sive moralis sive familiaris sive civilis, ad ideam optimam, atque ob id ipsum verissimam, graphyce descriptos observate characteres; ad quos vulgaris naturae homines collati, quia vita non constant, ubi non constant,

ipsi potius falsi esse videantur; eaque ratione in praestantium fabulis poëtarum humanam naturam, vel in sua ipsius turpitudine pulcherrimam, quia sibi semper convenientem, sui semper similem, in omni sui parte decoram divina quadam mente contemplemini: uti Deus optimus maximus naturae universae sive errantis monstra, sive malignae pestes, in aeterno suae providentiae ordine et bona et pulchra intuetur. Qui praestantes poëtas, ingenti voluptate perfusi, aeque tanta admiratione correpti, legite sublimes oratores, qui, mira arte ad corruptam humanam naturam accommodata, animos quantumvis obfirmatos, affectibus qui a corpore commoventur, in prorsus contraria volentes contorquent: quod unus praeterea praestat optimus maximus Deus, at per suas in immensum adversas victricium auxiliorum divinas vias, quibus hominum quantumlibet affectibus terrae defixas mentes caelesti voluptate ad se trahit.

Ad haec, humana, accedant illa sublimia naturae. Geographia, magni itineris duce, cum sole universam terram et oceanum ambite. Astronomiae observationibus planetarum peragrate orbes, coecas ac sinuosas cometarum explorate vias. Cosmografia vos sistat ad

... flammantia moenia mundi.

Tandem vos metaphysica, naturam supergressa, in beatissimos interminatosque aeternitatis campos educat, ubi in divinis ideis, quantum menti finitae fas est, et innumeras hactenus creatas videte formas et quae deinceps creari possunt, si, uti re ipsa non est, mundus esset aeternus.

Ita omnes humanorum, naturalium aeternarumque rerum tres mundos permeate, et doctrina atque eruditione divinam ferme vestrarum mentium celebrate naturam. Namque hae sublimes meditationes certo sperare iubente fore uti tam altos erectosque fingatis animos ut omnes sensuum voluptates, omnes divitias et opes, omnes honores et potentiam quam profundissime infra vos posita esse despiciatis.

Iam vero descriptorum delectu, quo ad integram sapientiam auditione acquirendam sequamini, sat vobis sapientes huius regiae academiae ordinatores suis legibus providerunt, iuxta illud Quinctiliani monitum: « in disciplinis optimos esse diligendos »: ut de theologia divinum utriusque Instrumenti codicem, quem Ecclesia catholica rite ac recte interpretatur, eiusque, ab apostolicis usque temporibus, perpetua traditio solidis historiae ecclesiasticae monumentis graviter fideliterque custodit; — de iurisprudentia *Corpus iuris iustinianaei*, antiquitatum romanarum locupletissimum testem, elegantiarum latinae linguae conditissimam penum, et sanctius legum humanarum aerarium; — de medicina in primis Hippocratem, qui immortale elogium meritus est: « Nec fallit quenquam, nec ab ullo unquam falsus est »; — de philosophia universa Aristotelem aliosque praestantis famae philosophos, ubi is deficiat; — de caeteris disciplinis eiusdem amplissimi census alios.

Ad hos omnis memoriae scriptores principes porro legendos hi antecessores doctissimi commentariis suis, tanquam digitum intendentes, vos dimittent instructos rationibus, ex quibus ii optimi in sua quisque doctrina extitere. Quod commentariorum genus non solum vos illexerit ut a vestris studiorum incunabulis diurna nocturnaque manu versetis optimos; sed, illa investigatione caussarum ex quibus ii extitere optimi, vos praeterea excitaverit ut ideam perfectiorem fingatis, ad quam ipsi doctrinarum principes compositi, de exemplaribus fient exempla, ita ut super eorum archetypis eos aemulari et superare quoque etiam possitis: qua ratione, nec certe alia, scientiae artesve emendantur, augentur, perficiuntur. Neque enim venia digni sunt qui in mediocribus, ne dicam imae notae, scriptoribus legendis omnem literariam vitam contriverint, quos iis haec publica eruditio suis legibus academicis haut sanę commendavit.

Totum autem audiendi tempus nihil aliud agite quam conferre quae didiceritis: ut quaeque inter se constent et cuncta in quavis scientia consentiant. Ad quod faciendum ipsa humanae mentis natura vos duxerit, quae uniformi, convenienti,

decoro summopere delectatur, ut Latini, sapienti vocabulo, « scientiam » appellasse videantur ab eadem, unde dicitur « scitus », origine, quod idem ac « pulcher » significat. Quia, cum pulchritudo sit membrorum inter se omniumque in aliquo praestanti corpore iustus commensus, scientia nihil aliud existimari debet quam mentis humanae pulchritudo, qua homines semel capti, formas corporum, vel maxime luculentas, ne advertunt quidem. Tantum abest ut in iis commoveantur!

Isto conferendi firmato habitu, vobis parabitis facultatem scientias ipsas inter se conferendi, quae, tanquam caelestia membra, divinum sapientiae integrae, ut ita dicam, corpus componunt. Quumque ratio humana Pythagorae sit haec ipsissima rerum spiritualium collatio, quam sive explicat sive involvit exemplis numerorum, eo pacto rationem humanam universam perficietis ad purissimae et candentissimae lucis instar, quae, quocumque mentis oculos convertatis, suos dirigit radios, ita ut omne quod dicunt « scibile », omnesque eius partes quam bellissime sibi convenire, respondere, constare, tanquam in uno aliquo puncto, in unaquaque vestra cogitatione conspiciatis. Quod est absolutissimum integri sapientis exemplar.

Ad quamnam autem disciplinam egregie praeter caeteras animum applicetis (namque, ut sitis reipublicae utiles, aliquam unam in ea profiteri vos oportet), ipse vos vester genius edocebit voluptate qua in illa praeter caeteras ediscenda perfundi sentietis. Eo namque criterio natura utitur (quae vobis in id a summo Numine tutor datus est) ut sciatis ibi volentem lubentemque vestram esse Minervam. Quod consilium uti est natura tutissimum, ita id mihi, qui vos ad optima maxima hortor, haut splendidissimum esse videtur. Saepe enim in homine optimarum maximarumque rerum facultates insunt ita abditae et consopitae ut vix, ac ne vix quidem, ab earum compote sentiantur. Cimo Atheniensis (est vulgatissima historia), homo sane plumbeus, adolescentulam efflictim deperibat; quumque haec ei ioco, tanquam rem illius natura negatam, dixisset se eum, cum militum centurio factus esset, amaturam, homo

militiae nomen dedit et in belli ducem praeclarissimum abiit. Socrates ingenio ad flagitia impense proclivi natus erat; sed, divino quodam conatu ad sapientiae studium conversus, primus philosophiam de coelo revocasse dictus est et « omnium philosophorum parens » appellatus. Cum quibus veterum recentia componamus exempla praestantium virorum qui mira sua sibi ignota ingenia aliena sapientia experti sunt. Iulius Mazzarinius cardinalis de se forensem operam, gregarium militem, privatae fortunae aulicum praebuerat: at, per alias ex aliis civilium agendarum rerum occasiones natas et ab amplissimis viris imprudenti obiectas, sapientissimus vir politicus factus est, qui apud Ludovicum XIV, Galliae regem, particeps secretorum, perraro magnae fortunae exemplo, in longa potentia obiit. Franciscus Guicciardinius in romano foro iurisprudentiam profitebatur: at, a summis sui temporis pontificibus, ingratiis atque adeo invitus, compluribus pontificiae ditionis urbibus praefectus impositus, cum, per occasionem gallici belli quo Carolus VIII Italiam omnem concusserat, complura cum Gallis gravissima e bello nata negocia summorum pontificum mandatis transegisset, ea de caussa ad res Italiae sui temporis scribendas animum adiunxit, et italicae linguae historicus omnium facile princeps extitit. Quapropter, quoquoversus mentis oculis circumspicite, quoquoversus ingenia circumagite, abditas et abstrusas vestras facultates scrutaminor, ut vestrum ignotum forsan splendidioris naturae genium agnoscatis.

Ita, universo scientiarum orbe circumacto, quam potissimum delegistis, eam altiore, quam ipsi viri docti faciunt, animo profiteamini. Non tantum (paucis exemplis totum genus complectar) medicinam ut bene morbos curetis, iurisprudentiam ut sapienter de iure respondeatis, theologiam ut divinarum rerum rectam doctrinam custodiatis; sed quo ingenti animo sublimique arte vobis auditio lectioque praeiverint, eopse animo, eapse arte sequatur necesse est lucubratio. Ea namque scriptorum principum perpetua sic audiendo, sic legendo firmata consuetudo egregiae naturae sponte vos duxerit ut eos ipsos in lucubrando iudices vobis semper praesentes adhibeatis; et illud a

vobismetipsis identidem sciscitemini, medici (propositis exemplis insistam): — Quid, si haec, quae meditor scriboque, ipse audiret Hippocrates? — iurisconsulti illud: — Quid, si haec audiret Cuiacius? — illud theologi: — Quid, si haec Melchior Canus audiret? — Nam qui scriptores, qui temporum vetustatem pertulere, sibi censores proposuit, non potest opera lucubrare quae non reliqua posteritas admiretur. Grandibus his gradibus, quibus in via sapientiae grassemini, facile vobis erit ulterius progredi ut non unus aliquis vestrum dixerit:

Avia Pieridum peragro loca,

et ab aliis praestantissimis ingenio et doctrina viris aut ardua frustra tentata perficiatis aut hactenus intentata conemini: vos, medici (propositis exemplis rem peragam), historiis observationibusque medicis undique collatis, alios aphorismos decernere, quae duûm millium et plus eo annorum gloria adhuc apud unum perstat Hippocratem; – iurisconsulti, nominum iuris definitionibus, qua scientia Aemilius Papinianus iurisconsultorum princeps habitus est, et Iacobus Cuiacius, vel maxime florente eruditorum iuris interpretum saeculo, sese supra omnes efferebat, universam iurisprudentiam per corollaria complecti (quod praestantissimum opus ut aetate, ita iuris sapientia grandis Antonius Faber in sua *Iurisprudentia papinianaea* aggressus est; at, sive in progressu difficultate deterritus, sive morte occupatus, non absolvit); — theologi philosophiae moralis super christianae doctrinae principiis systema condere (quod Sfortia Pallavicinius cardinalis magnanimo ausu tentavit; de eadem re Paschalius sapientissima quidem cogitata, sed sparsa edidit; Malebranchius in ipso conatu defecit). Legite magni Verulamii aureum *De augumentis scientiarum*, et, si nonnulla excipias, semper suspiciendum et ob oculos habendum librum; et considerate quantum scientiarum orbis restet adhuc corrigendum, supplendum, detegendum!

Neque vero vos incautos iste sive invidus sive ignavus circumveniat rumor: hoc beatissimo saeculo, quae in re lite-

raria effecta dari unquam potuerant, iam omnia absoluta, consummata, perfecta esse, ut in ea nihil ultra desiderandum supersit. Falsus rumor est, qui a pusilli animi literatis differtur.

Mundus enim iuvenescit adhuc. Nam septingentis non ultra abhinc annis, quorum tamen quadringentos barbaries percurrit, quot nova inventa? quot novae artes, quot novae scientiae excogitatae? Acus nautica, navis solis instructa velis, tubus opticus, Turricelli machina, machina pneumatica Boylis, sanguinis circulatio, microscopium, tubus Arabum stillatorius, arabicae numerorum formae, informia magnitudinum genera, pulvis pyrius, tormentum bellicum glandignivomum, tholus templorum, typi literarii, charta lintea, horologium: singula quaeque optima maxima, et omnia antiquis prorsus incognita. Unde ortae nova navalis et nautica (quibus novus terrarum orbis detectus, et geographia mirum quantum adaucta!), nova astronomiae observata, novae temporum rationes, nova mundana, nova mechanicae, nova physicae, nova medicinae systemata, nova anatome, nova spargirica (Galeno tantopere desiderata), nova geometriae methodus (et arithmetica facta longe expeditior), nova bellica, nova architectura, tanta librorum facilitas quae vilescit, tanta copia quae fatiscat. Quomodo tam repente humani ingenii natura effoeta est ut alia inventu aeque egregia sint desperanda?

Ne despondeatis animum, generosi auditores: innumera restant adhuc, et forsan his, quae numeravimus, maiora, meliora. In magno enim naturae sinu, in magno artium emporio ingentia humano generi profutura bona in medio posita sunt, quae hactenus iacent neglecta, quia hactenus ad ea mens heroica animum non advertit. Magnus Alexander, in Aegyptum delatus, uno suo magno oculorum obtutu isthmum vidit, qui Erythraeum a mari Mediterraneo dividit, et qua Nilus in Mediterraneum effluit, et Africa Asiaque continentur; et dignum reputavit ubi suo nomine urbem fundaret Alexandriam, quae statim et Africae et Asiae et Europae, totius Mediterranei maris et Oceani Indiarumque commerciis celebratissima fuit. Sublimis Galilaeus Venerem

corniculatam observavit; et de mundano systemate admiranda detexit. Observavit ingens Chartesius lapidis a funda iacti motum; et novum systema physicum est meditatus. Christophorus Columbus ventum ab Occidentali oceano in os sibi adspirantem sensit; et, eo Aristotelis argumento — ventos e terra gigni, — alias ultra oceanum esse terras coniecit, et novum terrarum orbem detexit. Magnus Hugo Grotius unum illud Livii dictum: « Sunt quaedam pacis et belli iura » graviter advertit, ac *De iure belli et pacis* admirabiles libros edidit, a quibus si aliqua expunxeris, incomparabiles non immerito dixeris.

Quibus illustribus argumentis, quibus exemplis amplissimis, adolescentes ad optima maxima nati, mente heroica ac proinde magno animo literarum studiis incumbite; integram sapientiam excolite; rationem humana universam perficite; divinam fere vestrorum mentium celebrate naturam; aestuate deo, quo pleni estis; sublimi spiritu audite, legite, lucubrate; herculeas subite aerumnas, quibus exantlatis, ab vero Iove optimo maximo vestrum divinum genus optimo iure probetis; atque adeo vos heroas asserite, aliis genus humanum ingentibus commodis ditaturi. Quae amplissima in universam humanam societatem merita facili negocio et divitiae et opes et honores et potentia in hac vestra republica consequentur. Quae tamen si cessaverint, non manebitis, et cum Seneca, aequo animo, hoc est non elato, si advenerint, excipietis, nec demisso, si abierint, resignabitis stultae furentique fortunae; et contenti eritis eo divino et immortali beneficio quod Deus optimus maximus, qui nobis, ut principio diximus, in universum genus humanum diligentiam iubet, vestrum aliquos praecipuos delegisset, per quas suam in terris gloriam explicarit.

APPENDICE

PARERI PER LA STAMPA

I

DEL REVISORE ECCLESIASTICO

Dominus canonicus Torno revideat et referat.
Neapoli, 26 octobris 1732.

Canonicus dominus ANTONIUS CASTELLI, vicarius generalis
Dominus PETRUS MARCUS GIPTIUS, canonicus deputatus.

Eminentissime et reverendissime domine,

iussisti, eminentissime domine, me de libello cui titulus *De mente heroica*, auctore Iohanne Baptista Vico, censuram proferre. Parui. At quid censeam? Auctorem prodidi, id et censurae et cumulatissimae laudis (quae duo omnino idem sunt, dum de auctoris huius lucubrationibus disseritur) loco est. Opusculum tamen hac peculiari laude exornandum est, quod fidei catholicae optime servit, nedum ad scientiarum tutam solidamque acquisitionem viam latissimam sternit. Quid sentirem, semperque senserim, dixi: tuum erit, eminentissime domine, auctoritatem in eius evulgatione impertiri; tuum erit iudicium meum stabilias confirmesque.

Datum Neapoli, die 28 octobris anno Christi MDCCXXXII.
Eminentiae Vestrae

devinctissimus cliens
CANONICUS IULIUS TORNUS.

Attenta supradicta relatione domini canonici Torno, imprimatur.
Neapoli, 28 octobris 1732.

Dominus PETRUS MARCUS GIPTIUS,
canonicus deputatus.

II

DEL CENSORE CIVILE

Magnificus utriusque iuris doctor Nicolaus Capasso videat et in scriptis referat.

Neapoli, die 12 novembris 1732.

MAZZACCARA regens, GIOVENE regens, VENTURA regens, CASTELLI regens, PEYRI regens, PATERNÒ regens.

Spectabiles regentes Lauria et Pisacane non interfuerunt.

ATHANASIUS.

Excellentissime princeps,

ut imperio tuo obtemperarem, legi dissertationem parascevasticam Regiis Studiis inchoandis a viro clarissimo Iohanne Baptista Vico habitam *De mente heroica*, ubi nihil prorsus occurrit quod vel Caesaris iura vel morum disciplinam ulla ex parte violaret: imo vero docta parenesi studiosorum iuvenum animos cum ad liberales artes plane capessendas, tum ad suum cuique excutiendum ingenium, ut ad sublimiora semper contendant, praeclaris argumentis ornataque dictione, non excitat tantummodo, verum etiam urget vehementissime. Itaque, si quid in me iudicii est, dignam eam esse existimo quae operis typographicis publica fiat, si modo tua, quam prae ceteris suspicimus ac veneramur, eodem accesserit auctoritas. Vale.

Neapoli, ad diem XV kalendas decembris anno 1732.

Excellentiae Tuae

addictissimus servulus
NICOLAUS CAPASSO.

Visa supradicta relatione, imprimatur, verum in publicatione servetur regia pragmatica.

MAZZACCARA regens, GIOVENE regens, PISACANE regens, VENTURA regens, CASTELLI regens, PEYRI regens, PATERNÒ regens.

Provisum per S. E. Neapoli, 24 novembris 1732.

Illustrissimus dux Lauriae non interfuit

ATHANASIUS.

II

PICCOLI SCRITTI FILOSOFICI E CRITICI

I

SUL DIRITTO NATURAL DELLE GENTI

A PROPOSITO DELLA PRESENTAZIONE
DELLA SECONDA « SCIENZA NUOVA »
A MONSIGNOR ERNESTO D'HARRACH.

Dedicatoria al D'Harrach, scritta in nome del traduttore e premessa alla *Sifilide* di Girolamo Fracastoro vòlta in italiano da Pietro Belli.

Eccellentissimo e riverendissimo signore,

perché, come i libri d'ogni piú sublime scienza, cosí quelli di medicina da' chiarissimi autori furono scritti a potentissimi re o altre persone grandi — come Asclepiade, sommo filosofante, medico ed oratore, scrisse i suoi a Mitridate re di Ponto, e 'l famoso Collegio de' medici di Salerno scrisse il celebre libro intitolato *La scuola salernitana* a Roberto re d'Inghilterra, — sopra questi esempli, e qui ora quello, piú potente di entrambi, dell'incomparabil latin poeta e famoso medico de' suoi tempi Girolamo Fracastoro, ch'indirizzò la sua maravigliosa *Sifilide* a monsignor Pietro Bembo amplissimo cardinale, io ora prendo l'ardire di presentare umilmente all'Eccellenza Vostra riverendissima questa traduzione, la quale ne ho fatto nella nostra volgar lingua. La quale, quanto per se stessa non lo è, tanto per lo merito del celebratissimo autore e di essa opera originale, riputo degna di portare in fronte il vostro nome chiarissimo; anzi stimo far cosa che,

se lo stesso Fracastoro vivesse a' dí nostri, arebbe essolui fatto, messe in contesa, o sia contraposto, la nobiltá, l'etá, l'erudizione d'entrambi. Pietro Bembo, gentiluomo viniziano, la qual è nobiltá di signori in una repubblica aristocratica la piú riputata del mondo: Ella, nata da una delle piú nobili e splendide case della Germania, la quale non accolse mai dentro il suo seno toghe e fasci romani, i quali comandarono a tutto il mondo. Quegli, vecchio, fu criato cardinale di Santa Chiesa: voi, in troppo giovanil etá fatto auditore della sagra Ruota romana, prossimo scaglione all'amplissima degnitá del cardinalato. Quegli, ornato di amene lettere, latine e toscane, cosí di prosa come di verso, onde fu uno de' maggiori lumi de' letterati del Cinquecento; voi, di piú, ricco di scienze riposte e sublimi, per le quali giá siete in ammirazione alla repubblica de' letterati. Imperciocché Ella, insieme con l'eccellentissimo signor conte Ferdinando, tanto ne' grandi talenti e studi generosi quanto per lo nobilissimo sangue, germano fratello vostro, per molti anni in Roma con la direzione del dottissimo padre abbate don Celestino Galliani, ora ben degno arcivescovo di Taranto, e dell'eruditissimo signor canonico Marcy, assai ben costumato aio vostro, essendo stata instruita, doppo le cognizioni delle lingue, delle leggi civili e delle storie profane, a maraviglia bene nelle mattematiche, nelle filosofie, nelle storie ecclesiastiche e ne' sagri canoni, e sopra tutt'altre nell'ampia scienza sublime del diritto naturale delle genti, la quale tutte quasi le dianzi noverate discipline, come propia supellettile, debbono fornire ed adornare.

Studio degno della vostra anima grande, l'erudizione del diritto che fu detto «*fas deorum*», le cui leggi son acclamate «*leges generis humani*», «*leges aeternae*», «*foedera humanae societatis*»; diritto col quale i vincitori regolano il cieco furore dell'armi e la sfrenata insolenza delle vittorie, e i vinti ne consolano i danni delle guerre e la suggezione delle conquiste; il cui prudente si può degnamente dire «giureconsulto del genere umano»; la cui professione porta di séguito necessariamente la gloria, perc'ha per fine la conservazione della

umana societá, la qual è tutta l'occupazion della gloria. Giurisprudenza incomparabilmente piú degna sopra quella delle leggi o di Atene o di Sparta o di Roma, le tre più luminose cittá che fiorirono nella scorsa di tutti i tempi e nella distesa di tutte le nazioni, i diritti delle quali furono picciole particelle di questo diritto universal ed eterno. Sapienza degna del popolo romano, della cui grandezza non vide il sole maggior al mondo, come, senza punto d'adulazione, Virgilio concede a' greci tutte le belle arti dell'ingegno, concede le scienze riposte, concede la gloria del bel parlare, ma riserba la sapienza di tal diritto a' romani:

Excudent alii spirantia mollius aëra
(Credo equidem), vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt caussas melius, caelique meatus
Describent radio, et surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos, Romane, memento.
Hae tibi erunt artes: pacique imponere morem,
Parcere subiectis et debellare superbos.

Perché questa scienza è propia delle sovrane potenze, e perciò, dalla romana sappientemente praticata, fece tutta la romana grandezza: ma non è ella professata pubblicamente sotto le monarchie, perché i monarchi la racchiudono dentro i lor gabinetti; non nelle repubbliche aristocratiche, perché sol importa saperla a' loro senati regnanti, de' quali l'anima, con cui reggono e vivono, è 'l segreto di Stato. E per ciò il grande Ugone Grozio ne 'ncominciò prima di ogni altro a trattare, e per la sua innarrivabile erudizione e dottrina, che v'abbisognavano, ne divenne principe in tale sorta di studi: perch'era cittadino di una repubblica libera popolare, nella quale per civil natura cotale scienza debbe a tutti essere pubblica, ove ogni cittadino dee esser ben informato di tal diritto per comandare giustamente o guerre o paci o allianze o altra delle parti che ne compiono l'intiero subbietto. Ch'è la cagione per la quale ne son erette pubbliche cattedre in

Olanda e nelle cittá libere di Germania, e non nelle altre nazioni di Europa, ove dappertutto si legge di giurisprudenza privata. Perché gl'imperadori romani ne chiusero nel *Corpo delle romane leggi* solamente quelle che trattano della privata ragione, e le menome della pubblica, che parlano *de iure fisci* e degli ordini civili e de' corpi delle arti e collegi: onde niuno di tutti gl'interpetri cosí antichi come moderni applicarono l'animo a ragionarne.

Per tutto ciò l'Eccellenza Vostra riverendissima coll'eccellentissimo vostro signor fratello, indirizzando entrambi i vostri magnanimi studi al glorioso fine di servire in questa parte alla gloria del nostro augustissimo imperadore, a cui particolarmente per la giustizia dell'armi s'inchina riverente tutta l'Europa e l'Asia timorosa s'umilia, si determinarono di fare un letterario viaggio per conoscere gli uomini valorosi in sapere, e particolarmente di tal diritto. Nello che seguiste l'esemplo del saggio Ulisse,

Qui mores hominum multorum vidit et urbes;

faccendo uso per la sapienza de' fatali errori e delle fatali tempeste del mare, che sono i bollori e i trasporti della gioventú, la qual è piú tempestosa nella condizione de' grandi; schivando le Calipsi, le Circi, le Sirene, che sono i piaceri de' sensi, troppo esposti alla fortuna de' sovrani; superando le rabbie funeste di Scilla e Cariddi, che sono le violente passioni de' giovani, e piú de' giovani nati grandi; accortamente schernendo la fierezza ed immanitá de' Polifemi, che sono la ferocia e l'orgoglio, i quali soglion esser vizi de' grandi. Cosí — forniti di varia e profonda letteratura, la qual rendete piú ammirabile col sublime ingegno di che siete a dovizia da una benigna particolar natura dotati, con una viva presenza di spirito che vi dá la vostra natural signoria, con una vasta comprensione che vi ha fatto la vostra grandezza, con un purgato giudizio coltivato da una severissima critica, con una somma chiarezza di mente provenutavi dalla potenza

nella quale siete nati e cresciuti, della quale è propia la facilitá che vi ha produtto una signoril eloquenza, con cui sponete in una naturale, facile e spiegata comparsa le piú astruse ed aspre materie delle quali imprendete a ragionare (le quali virtú della mente rendete amabili e care con la singolare soavitá de' costumi, i quali a maraviglia temperate di gentilezza e di gravitá), — con augusti auspíci partiste per lo vostro letterario viaggio da Roma; e, giunti qui in Napolí, vi conciliaste la venerazione di tutti i dotti uomini co' quali entraste in letterari ragionamenti, de' quali sopra tutt'altri mostraste di dilettarvi di quelli che si facessero d'intorno a materie di diritto naturale delle nazioni. Con l'occasione d'uno de' quali, essendosene l'Eccellenza Vostra riverendissima ricordata, Ella al lettore di eloquenza di questi Regi Studi, signor Giambattista Vico, ch'è 'l primo il quale in Italia n'ha scritto, gentilmente disse di averne in Roma veduto un di lui libro che ne trattava; e sí gli diede l'ardire di presentarglielo il giorno appresso, ed Ella con grandezza d'animo gradinne il presente ed onoronne l'autore. Quindi per lo rimanente d'Italia e per oltramonti destaste di voi l'ammirazione negli animi degli piú grandi letterati d'Europa, come del signor abate Longuerue, il quale per l'ammirabile sublimitá del sapere vien riputato il Socrate della Francia; del signor Fontenelle, gran filosofo e mattematico, ond'è riputato uno de' maggiori ornamenti dell'Accademia real di Parigi; de' due rari ingegni de' quali va adorna e superba la celebratissima Accademia di Leyden, voglio dire del signor Graavezande e del signor Vitriario, il primo assai eccellente nelle scienze fisiche e mattematiche, l'altro nella conoscenza universale delle leggi e della storia, apprendendo da quello, come da vivo e pieno fonte, le sperienze d'intorno alla natural scienza, e da questo il diritto della natura e delle genti, al qual solo fine imprendeste sí lodevole e lungo cammino.

Formovvi a cotesta sublime e, per parlare con degnitá, eroica idea di sapienza la vostra splendidissima prosapia, nella quale, come ruscelli in fiume, è derivato il sangue di tante

case sovrane della Germania, e, come aure feconde, vi cospirarono a crescere, germogliare e produrre le celesti frutte dell'umano e divin sapere i vostri gloriosi maggiori, per imprese di guerra e per arti di pace chiarissimi. E perchè fòra ben lungo, e materia piú ampia che da chiudersi dentro i brievi confini d'una lettera, ripetergli da' loro primi antichissimi tempi, e perché ad imitare vagliono piú efficacemente i vicini, e piú di tutti i presenti, cotesti furono un eminentissimo e per dottrina e per alti maneggi sappientissimo cardinal Ernesto Adolfo d'Harrach, arcivescovo di Praga e vescovo di Trento, il quale, incaricato degli affari dell'imperadore, intervenne al conclave di Clemente X; un signor conte Ferdinando Bonaventura di Harrach, vostro avolo, maggiordomo maggiore e primo ministro dell'imperadore Liopoldo di gloriosa memoria; i vostri valorosi zii, monsignor di Harrach, arcivescovo di Salzburgo, passato a miglior vita, e 'l signor conte feldmaresciallo Giovan Giuseppe conte d'Harrach; invitandovi a generosa gara il signor conte Federico, primogenito fratello vostro, inviato per lo regno di Boemia alla Dieta di Ratisbona, ambasciadore alla corte di Torino ed or incaricato degli piú importanti affari di Sua cesarea cattolica Maestá alle corti dell'Imperio; come anco il signor conte Vencislao di Harrach, gran croce della Religione gerosolomitana, ed in acerba, quantunque assai di senno matura etade, glorioso generale delle galee di Malta, e per essa Religione ambasciadore al re di Portogallo ed a questo nostro eccellentissimo signor viceré, vostro padre, ed ora colonnello nel reggimento del signor conte maresciallo vostro zio. Ma piú d'ogni altro sopra cotesta grande idea vi ha formato col vivo esemplo della sua incomparabil virtú e sapienza, l'eccellentissimo signor conte d'Harrach, odierno viceré di questo grande reame, vostro padre degnissimo, il quale, gloriosamente ostinato del solo giusto e diritto, gloriosamente appassionato del solo merito, ha promosso sappientissimi giureconsulti a regî maestrati, dottissimi e santissimi preti e regolari (e tra questi, con raro esemplo, dentro un anno o poco piú, cinque regî lettori di questa Universitá) a'

regî vescovadi, e, con una sollecita vigilanza sopra degli ordini, con una osservanza religiosissima inverso le leggi, con una pazienza indefessa e singolare benignitá nell'udienze, con una inistancabile industria, soprafino scorgimento e ammirabil prudenza nel comandare gli affari, con una venerabile gravitá nelle risposte, con una sempre a sé simile e con tutte l'altre corrispondente constanza nelle azioni, ne fa godere la pubblica sicurezza, nonché ne' luoghi celebri, nelle piú diserte campagne, l'abbondanza nelle piazze, la giustizia ne' tribunali e la civil felicitá dappertutto. Onde pubblico voto è di tutti che 'l nostro augustissimo imperadore, re della Spagna, lo vi mantenga al governo di questo Regno finché egli vive, e che viva gli anni di Nestore. E ben tutto ciò che, con addolorare la vostra modestia, ho detto di voi, e molto anco di piú, che noi ne abbiam detto di meno, Sua cesarea cattolica Maestá ha contestato, con aver nominato l'Eccellenza Vostra riverendissima all'auditorato della Sagra Ruota romana, e ne fa sperare in brieve lo stesso dell'eccellentissimo signor conte Ferdinando, formato con essolei allo stesso torno cosí della dottrina come della virtú.

Si compiaccia adunque l'Eccellenza Vostra riverendissima, per tutti questi argomenti, di gradire, con la grandezza dell'animo propia del vostro alto stato e sapienza, questo piccol dono, che riverentemente l'offero in testimone del moltissimo che, con tutti i giusti estimatori delle cose, io professo della stima che si debbe al merito vostro immortale.

Napoli, a dí 10 ottobre 1731.

Di Vostra Eccellenza riverendissima
umilissimo divotissimo ed obbligatissimo servitore
PIETRO BELLI.

II

LE ACCADEMIE E I RAPPORTI TRA LA FILOSOFIA E L'ELOQUENZA

Discorso pronunziato nella quarta inaugurazione annua dell'Accademia degli Oziosi radunata in casa di don Nicola Salerno dei baroni di Lucignano

(gennaio 1737).

Questo nome « Accademia », che abbiamo preso da' greci per significare un comune d'uomini letterati uniti insieme affin di esercitare gl' ingegni in lavori di erudizione e dottrina, egli sembra che con piú propietá di origine non si convenga ad altra che a questa nobilissima ragunanza. Imperciocché le altre o sono state istituite per recitarvi discorsi d' intorno a' singolari problemi appesi all'arguta bilancia di contrapposti, o per disaminarvi particolari argomenti o di lingue o di esperienze. Ma l'Accademia fondata da Socrate era un luogo dov'egli con eleganza, con copia, con ornamenti ragionava di tutte le parti dell'umano e divin sapere, siccome in questa è ordinato che gli accademici con colte, abbondanti ed ornate dissertazioni vadano scorrendo tutto l'ampio campo della sapienza. Talché quest'accademia può dirsi quella dove Socrate ragionava.

Un tale ordinamento reca primieramente quella grandissima utilitá: che, quantunque i gentili spiriti, i quali vi si radunano, essi o per diletto overo per professione sieno applicati ad un particolare studio di lettere, però in sí fatti congressi

vengonsi col tempo a fornire di tutte le cognizioni che fan bisogno ad un sappiente compiuto. Di poi, ciò che importa assaissimo, vi si ricompongono col lor natural legame il cuore e la lingua, che Socrate,

pien di filosofia la lingua e 'l petto,

teneva strettamente congionti insieme. Perché fuori della di lui scuola si fece quel violento divorzio: che i sofisti esercitarono una vana arte di favellare, e i filosofi una secca ed inornata maniera d'intendere. Però gli altri greci filosofanti, come di una nazione quanto mai dire o immaginar si possa dilicata e gentile, scrissero in una lingua la quale, come un sottilissimo puro velo di molle cera, si stendeva sulle forme astratte de' pensieri che concepivano; e, quantunque ne' loro filosofici ragionamenti avessero rinnonziato all'ornamento e alla copia, però conservarono l'eleganza.

Ma, ritornandosi a coltivare le filosofie in mezzo alla piú robusta barbarie, dandovi cominciamento Averroe col commentare le opere di Aristotele, vi s'introdussero una sorta di parlari ciechi affatto di lume, non che privi di ogni soavitá di colore, una maniera sazievole di ragionare, perché sempre l'istessa della forma sillogistica, e un portamento neghittosissimo, dando i numeri tutto l'ordine a' loro discorsi con quelli « *Praemitto primo* », « *Praemitto secundo* », « *Obiicies primo* », « *Obiicies secundo* ». Tanto che, se io non vado errato, porto opinione che, [se] ne' nostri tempi l'eloquenza non sia rimessa nel lustro de' latini e de' greci, quando le scienze vi han fatto progressi uguali e forse anche maggiori, egli addivenga perocché le scienze s'insegnano nude affatto d'ogni fregio dell'eloquenza. E, con tutto che la cartesiana filosofia abbia emendato l'error dell'ordine in che peccavano gli scolastici, riponendo tutta la forza delle sue pruove nel metodo geometrico, però egli è cosí sottile e stirato che, se per mala sorte si spezza in non avvertire ad una proposizione, è niegato affatto a chi ode d'intender nulla del tutto che si ragiona.

Ma dall'Accademia di Platone, che avea udito per ben otto anni, uscí Demostene, ed uscinne armato del suo invitto entimema, ch'egli formava con un assai ben regolato disordine, andando fuori della causa in lontanissime cose, delle quali temprava i fulmini de' suoi argomenti, i quali, cadendo, tanto piú sbalordivano gli uditori quanto da essolui erano stati piú divertiti. E dalla stessa Accademia Cicerone professa essersi arricchito della felice sua copia, che, a guisa di gran torrente d'inverno, sbocca dalle rive, allaga le campagne, rovina balze e pendici, e, rotolando pesanti sassi ed annose quercie, trionfante di tutto ciò che fecegli resistenza, si ritorna al propio letto della sua causa.

Né a difesa del nostro poco spirito, per questo istesso che affettiamo d'essere tutto spirito, giova punto risponder quello: che Demostene e Cicerone regnarono in repubbliche popolari, nelle quali, al dir di Tacito, vanno del pari l'eloquenza e la libertá. Perché quell'eloquenza, che aveva Cicerone usato nella libertá, poscia adoperò appresso Cesare, fatto signore di Roma, a pro di Quinto Ligario: nella qual causa gli tolse dalle mani, assoluto, quel reo che 'l dittatore, in entrando nel Consiglio, si era apertamente professato di condannare, dicendo quelle parole: « *Nunquam hodie tam bene dixerit Cicero, quin Ligarius e nostris manibus effugiat* ». E nel Cinquecento, nel quale si celebrò una sapienza ben parlante, cosí Giulio Camillo Delminio fece venire le lagrime sugli occhi di Francesco I re di Francia con l'orazione che gli disse per la liberazione di suo fratello, come monsignor Giovanni della Casa commosse l'imperador Carlo V con quella dettagli per la restituzion di Piacenza. E pure l'orazione a pro di Ligario è la piú gloriosa di tutte l'altre di Cicerone, nella quale egli trionfò con la lingua di chi con l'armi avea trionfato del mondo: e dell'altre due recitata l'una ad un grandissimo re, l'altra ad un chiarissimo imperadore, quella è una regina, e questa l'imperatrice delle orazioni toscane.

Or, per raccogliere il detto in brieve, voi, signori, con maestrevole accorgimento adoperate di praticare quel precetto

di Orazio, che, ristretto in tre versi, contiene tutta l'arte cosí in prosa come in versi di ben parlare:

Scribendi recte sapere est et principium et fons:

perché non vi è eloquenza senza veritá e degnitá, delle quali due parti componesi la sapienza.

Rem tibi socraticae poterunt ostendere chartae:

cioè gli studi della morale, che principalmente informano il sapere dell'uomo, nella quale, piú che nell'altre parti della filosofia, Socrate fu divinamente applicato; onde di lui fu detto: « *Moralem philosophiam Socrates de coelo revocavit* ».

Verbaque provisam rem non invita sequentur:

per lo natural legame onde noi dicemmo essere stretti insieme la lingua e 'l cuore, perocché ad ogni idea sta naturalmente la sua propia voce attaccata, onde l'eloquenza non è altro che la sapienza che parla.

Sono scorsi ormai ben tre anni che questa nobile accademia, in questo riguardevol luogo dal gentilissimo signor don Niccolò Salerni onorevolmente accolta, fu istituita e, con lo stesso fervore col quale ha incominciato, felicemente prosiegue, contro il maligno corso della stolta fortuna, la quale le belle imprese attraversa, e soventi fiate ne' primi lor generosi sforzi invidiosa opprime. Or in quest'anno la vostra generositá, sopra ogni mio merito, mi ha voluto ed ordinato custode e collega del signor di Canosa, nobilissimo fregio di cui questo comune si adorna, avendovi creato censore il signor don Paolo Doria, mente di rari e sublimi lumi e, per le molte opere di filosofia e di mattematica, celebratissimo tra' dotti di questa etá; e, per colmarmi di sommo e sovrano onore, mi ha comandato che io vi facessi l'anniversaria apertura. Laonde, raccolte tutte le mie potenze in un pensiero di altissima riverenza, dettandomi la formola il gran padre Agostino, sotto

la cui protezione quest'accademia sta rassegnata, concepisco questo voto con queste solenni e consegrate parole: — Odi, umilmente ti priego, odi, non favolosa Minerva, Sapienza eterna, generata dal divin capo del vero Giove, l'onnipotente tuo Padre. Oggi in tua lode, in tuo onore, in tua gloria si riapre questo quarto anno accademico: lo che sia a perfezione di questi ben nati ingegni, poiché la sapienza è la perfezionatrice dell'uomo nel suo propio esser d'uomo, ch'è mente e lingua.

III

POESIA E ORATORIA

PREMESSA ALLE « RIME SCELTE » DI GHERARDO DE ANGELIS.
(Firenze, 1730).

Giambattista Vico al leggitore.

Il signor De Angelis quattro suoi canzonieri, che a lui giovinetto avevano conciliato la stima de' dotti uomini, ha in buona parte suppressi e, in poca rimastavi, ha migliorati e contornati ad una forma piú luminosa. Lo che certamente, o cortese leggitore, dovratti recar maraviglia: che, non essendo in lui ancora, non diciam raffreddato, ma intiepidito l'ardor dell'invenzione, e invenzion giovanile — il qual, fervendo, rappresenta l'opere troppo conformi all'idee, dalla qual conformazione, e non altronde, nasce il compiacimento, — egli, con senil maturezza di senno, abbia potuto sconoscere tali suoi nobili parti d'ingegno di fresco nati, i quali naturalmente non si sconoscono che per lunga etá dagli autori giá fatti vecchi. Ma cesserai di maravigliartene, se sarai persuaso dell'altezza dell'animo, che è 'l fomento onde s'accende l'estro che debbe infiammare lo stil sublime, con la quale l'autore, disprezzando tutto ciò che suol ammirar il volgo, e 'n conseguenza ogni dottrina o vana o falsa che si appaga sull'ammirazione del volgo, le lodi di essi dotti egli non ha per meta, ma per incentivi o sproni al corso che tiene verso la vera gloria. Maraviglia bensí dovrá cagionarti che egli ha ciò fatto, ove abbia avuto alcun brieve tempo di rallentar l'animo

dagli studi severi e gravi o dalla scienza in divinitá o da' lavori delle sagre orazioni, le quali, ora da lui recitandosi, tanta lode gli acquistano appresso i saccenti quanta gliene avevano recato le poesie.

Perché le cose della nostra teologia, che superano ogni senso ed ogni immaginazione, di troppo spossano la poetica facoltá, la qual allora è piú grande ove piú vivamente sente ed immagina. Ed appo i greci e i latini furono cosí stabilmente divisi e fermi e religiosamente osservati i confini dell'eloquenza e della poesia, che non vi ha pur uno ch'avessevi scritto ed orazioni e poemi; e di Cicerone, che volle osarlo, vennero in tanto discredito, che francamente da Giovenale sono motteggiati «*ridenda poëmata*». Cagion di ciò ella fu: perché, vivendo esse lingue, e regnando le medesime in repubbliche popolari; e perché la lingua de' poeti dee esser diversa dalle volgari de' popoli, onde Ciceron disse «*poëtae aliena*», o, come meglio altri leggono, «*alia lingua loquuntur*», per quella eterna propietá uscente dalla natura di essa poesia, ritruovata nella *Scienza nuova*, ch'ella fu un parlar naturale de' popoli eroici, i quali fiorirono innanzi di formarsi le lingue volgari: per ciò gli oratori si guardarono a tutto potere di comporre in versi, per timore che nelle dicerie non cadesse loro innavvedutamente di bocca alcuna espressione la quale, perché non volgare, offendesse il popolo, che voleva ben esser informato delle cause le quali si trattavano, e de' motivi onde doveva piú in una che in altra forma comandarle: per la cui contraria ragione, i poeti erano naturalmente vietati di esercitare l'arte oratoria. Ma, quantunque ora nell'Italia non vi sia tal timore, perché la lingua della prosa oggi è una lingua comune de' soli dotti e gli Stati vi sono quasi tutti monarchici, ove non ha molto che far l'eloquenza, per ciò che ne avvisa l'autore del dialogo *De caussis corruptae eloquentiae*, sia egli Quintiliano o Tacito, pur dura tal distinzion di confini, che, tra tutti, appena due vi han lavorato orazioni e poesie egualmente grandi, Giovanni Casa e Giulio Camillo Delminio. Cotal riflessione ti può dare certo argomento, o

leggitore, che 'l nostro valoroso giovane abbia a riuscire anche un grande predicatore.

Ciò finora si è detto per quello riguarda l'ingegno, la facoltá e 'l giudizio dell'autore. Mi rimane poco a dire per appruovartene il costume. Egli aveva ciò fatto per tranquillare la coscienza delle sue cognizioni e veder privatamente tutti i suoi componimenti vestiti d'un colore piú conforme di stile. Ma gli amici, i quali sopra il di lui animo, naturalmente gentile ed ossequioso, posson molto e per amicizia e per autoritá, e co' conforti e co' prieghi l'hanno spinto che lasciasse di nuovo uscirgli per le stampe. Non è perciò che contengano cose le quali sconvengano al suo presente piú degno stato, e pochissimi componimenti, fatti da lui nella piú fervida etade, pur da sensi onestissimi sono avvivati.

Vivi felice.

IV

IDEA D'UNA GRAMMATICA FILOSOFICA

A proposito della *Grammatica* di Antonio d'Aronne.

La metafisica è una scienza la quale ha per oggetto la mente umana: ond'ella si stende a tutto ciò che può giammai pensar l'uomo. Quindi ella scende ad illuminare tutte le arti e le scienze che compiono il subietto dell'umana sapienza. Le prime tra queste sono la grammatica e la logica: l'una che dá le regole del parlar dritto, l'altro del parlar vero. E perché, per ordine di natura, dee precedere il parlar vero al parlar dritto, perciò, con generoso sforzo, Giulio Cesare della Scala, seguitato poi da tutti i migliori grammatici che gli vennero dietro, si diede a ragionare delle cagioni della lingua latina co' princípi di logica. Ma in ciò gli venne fallito il gran disegno, con attaccarsi a' princípi di logica che ne pensò un particolare uomo filosofo, cioè con la logica di Aristotele, i cui princípi, essendo troppo universali, non riescono a spiegare i quasi infiniti particolari che per natura vengono innanzi a chiunque vuol ragionare di una lingua. Onde Francesco Sanzio, che con magnanimo ardire gli tenne dietro nella sua *Minerva*, si sforza colla sua famosa «ellissi» di spiegare gl'innumerabili particolari che osserva nella lingua latina, e con infelice successo, per salvare gli universali princípi della logica di Aristotele, riesce sforzato e importuno in una quasi innumerabile copia di parlari latini, de' quali crede supplire i leggiadri ed eleganti difetti che la lingua latina usa nello spiegarsi.

Ma il quanto acuto tanto avveduto autore di questa novella *Grammatica* ha ridotto tutte le maniere di pensare che nascer mai possono in mente umana intorno la sostanza, e le innumerabili varie diverse modificazioni di essa, a certi princípi metafisici cosí utili e comodi che si ritruovano avverati in tutto ciò che la grammatica latina propone nelle sue regole e nelle sue eccezioni. Il frutto d'una sí fatta grammatica è grandissimo, perché il fanciullo, senz'avvedersene, viene informato d'una metafisica, per dir cosí, pratica, con cui rende ragione di tutte le maniere del suo pensare: appunto come colla geometria i giovani, pur senz'avvedersene, apprendono un abito di pensare ordinatamente. Per tutto ciò, secondo il mio debole e corto giudizio, stimo questa *Grammatica* degna della pubblica luce, siccome quella che porta seco una discoverta di grandissimi lumi alla repubblica delle lettere.

V

LE TRADUZIONI POETICHE IL «DE RERUM NATURA» DI LUCREZIO E L'ANTICHITÁ E NOBILTÁ DELLA MEDICINA

Prefazione alla *Sifilide* di Girolamo Fracastoro, tradotta da Pietro Belli.
(1731)

AL DISCRETO LEGGITORE GIAMBATTISTA VICO.

Il signor don Pietro Belli, nato da una delle piú nobili famiglie che illustrano la cittá di Lecce — la quale, dopo Napoli, capitale di questo Regno, e per magnificenza di edifici e per frequenza di abitatori e per isplendore di civili costumi e per ricchezza di marittimi traffichi, è la piú riputata, — adorno di buone cognizioni di filosofia, assai bene inteso di lingua latina e nella toscana versatissimo, ha tradotto la *Sifilide* di Girolamo Fracastoro, la qual ora, o per elezione o per fortuna, hai tu, discreto leggitore, preso tra le mani. Mi piace di ragguagliarti cosí della cagione la quale l'ha mosso a far questa traduzione, come del consiglio c'ha seguitato in condurla.

La principal cagione, la quale l'ha indutto a farla, è stata per profittare nella toscana poesia, la qual facultá non può con piú util esercizio acquistarsi che col, traducendo, gareggiare i poeti migliori della lingua latina, tanto naturalmente eroica, sublime e grande quanto è tenera, gentile e dilicata volgarmente la greca. Perché, cosí faccendo, le nobil maniere del concepire poetico restano piú altamente impresse nella

fantasia col trattenervisi molto sopra e col proccurare di renderle nella nostra favella con iguale splendore, ornamento e bellezza; ond'è avvenuto che gli piú valorosi toscani poeti del Cinquecento sono stati anco chiari poeti latini, come lo furono Giovanni Casa, Pietro Bembo, Giacomo Sannazaro ed altri.

In sí fatto studio egli, com'era diritto e ragione, ha ammirato il conte dell'Anguillara nella traduzione della *Metamorfosi* d'Ovidio, Annibal Caro in quella dell'*Eneide* di Virgilio, ed in quella della *Tebaide* di Stazio l'eminentissimo cardinal Bentivogli, sommo e sovrano ornamento a' dí nostri della letteratura italiana in pregio di poesia quanto lo fu in quello della prosa l'altro cardinal Bentivogli, scrittore delle *Guerre di Fiandra.*

Con assai diritto giudizio, quella del Marchetti non gli è paruta di tanto, accagionché Tito Lucrezio Caro tenne uno stile di sermon volgare latino, dello che meritò pur una somma lode d'aver portato nella lingua latina, ed in versi di piú, un'affatto nuova materia greca; ma, a riserva delle poetiche introduzioni a' suoi libri e d'una o d'altra digressione — come quella nella nota dilicata innimitabile descrizione della tenera giovenca c'ha perduta la madre, e quella nella nota grande incomparabile ove descrive la pestilenza d'Atene, — del rimanente tratta le materie fisiche con uno stile niente diverso da quello con cui si sarebbon insegnate in una scuola latina di filosofia naturale. Onde s' intenda quanto taluno, nonché degli stili poetici latini, sia affatto ignorante di essa lingua medesima, il quale ragguaglia coloro che non hanno veduto l'opera che 'l padre Quinzi della Compagnia di Gesú abbia scritto i suoi nobilissimi libri *De' bagni* alla maniera di Lucrezio: quando ed esso chiarissimo autore apertamente professa d'avergli lavorati sull'esemplo della *Georgica* di Virgilio, ove tratta poeticamente di essa arte villereccia, e l'opera stessa, ad ogni scolaretto c'ha nella scuola della gramatica Virgilio spiegato, manifestamente il dimostra.

Perciò il nostro avvedutissimo traduttore si ha eletto piú degli altri questo celebratissimo poeta, il quale sol di tanto

ha da ceder agli piú celebrati latini nel tempo; ma, per questo istesso, egli non dee loro ceder punto in valore, anzi, mi fo lecito dirlo, gli supera. Perché quelli avevano scritto quando essa lingua vivente fioriva, e questi scrisse quando per lungo tratto di secoli era giá morta, e scrisse poeticamente d'una materia affatto nuova, nonché a' latini, a' medesimi tempi suoi.

E tutto ciò il signor Belli ha egli fatto per avvezzare l'ingegno con simigliante esercizio non solo a parlare poeticamente di ciò che deve, perocché quel poeta che parla di ciò che vuole, egli è il triviale pittor d'Orazio, il quale

...scit simulare cupressum;

ma anco per accostumarlo al piú difficile, perché piú grande, lavoro della poesia, il qual è con la novitá della materia strascinarsi dietro, come necessaria, la novitá della locuzione, e con entrambe destare la maraviglia, la qual sola passione del cuor umano è quella che col silenzio acclama allo stil sublime.

Però egli sembra ch'essa materia non abbia dell'eroico. Ma a chiunque leggiermente vi rifletta sopra e combini, si fa manifesto che ella lo ha pur benissimo.

Perché la medicina negli antichissimi tempi fu professione d'eroi: onde tant'erbe ne serbano ancor i nomi fin al dí d'oggi. Medea co' suoi rimedi rinnovella il suo vecchio padre Esone. La moglie di Tono, re d'Egitto, ad Elena rigala il nepente. E di esser lo dio della medicina fa vanto esso Apollo, il quale nella *Scienza nuova* si è ritruovato dio della luce civile o sia della nobiltá. Ed a' tempi barbari ricorsi ella fu solamente praticata da' grandi signori, de' quali insigne è Giovanni signor di Procida, che fu l'autore del Vespro siciliano, e ne serba oggi ancor il nome il suo empiastro: com'altri medicamenti pur gli serbano di re e di grandi, quali sono il « Mitridatico », l'« unguento della Contessa », e oggi è celebratissimo purgante la « polve del conte Palma ». Il qual costume eroico veggiamo rimasto tra' potenti signori, i quali si gloriano di graziosamente dispensare chi uno, chi altro efficace

specifico per gli malori che travagliano la salute degli uomini; e gli re d'Inghilterra si pregiano d'esser príncipi della real Societá anglica, la quale per lo piú si compone di medici, i quali in quel reame son nobilissimi; e la casa de' granduchi di Toscana, fra le altre, pone magnificenza nella sua Fonderia.

Il vero è che essa materia è trattata con princípi i quali ora non soddisfano al buon gusto del fisicare presente, perché l'autore siegue la vanitá dell'astrologia e spiega le ragioni naturali di cotal morbo per «qualitá». Ma, nientemeno, vi sfolgora di tempo in tempo alcuni grandi lumi di fisica e medicina: oltreché questi libri sono necessarissimi d'esser trapportati in tutte le lingue viventi, almeno per la storia naturale d'un tanto malore, c'ha dato il guasto ad una gran parte ed ha gravemente infievolito l'altra di quasi tutto il gener umano.

Ciò sia detto d'intorno all'elezione di tal fatica, c'ha fatto con saggio avvedimento il nostro nobil traduttore di tal poeta. Ora mi rimane poc'altro a dire della condotta che vi ha tenuto.

Egli si è ristretto tra gli autori príncipi della toscana favella, particolarmente poeti, per apparecchiare all'idee poetiche latine la materia piú pura e l'impronta migliore che posson unquemai avere le voci e le frasi nostre poetiche italiane. Quindi, nel tradurre questi aurei libri, ha avuto due cose principalmente dinanzi agli occhi: la veritá de' sentimenti per esser fedele, e la degnitá dell'espressioni per esser esatto traduttore. E, per l'interesse della veritá, d'intorno alle voci dell'arte, le quali non si sanno che da' maestri dell'arti, egli, particolarmente nella botanica, come la prudenza il richiedeva, si è consigliato con saccenti espertissimi professori. Per la degnitá, poi, si è a tutto potere studiato dentro i medesimi tratti latini di dir in volgare né piú né meno né altrimenti, per isperimentare quanto possa la nostra rendere del nerbo e vigore c'ha la poetica latina favella; e, per ciò fare, ha usato, ove la bisogna il richiedeva, alcune maniere antiche, le quali, anco senza cotal necessitá, a tempo e luogo adoperate, fanno grave e veneranda essa poetica locuzione.

Prendi adunque, o discreto leggitore, a leggere questa lodevolissima traduzione con animo di compiacertene, il qual animo certamente non puoi tu avere se non la prendi a leggere almeno con una indifferente curiositá di veder ciò che dica. E ti priego a giudicarne su questa riflessione: che del tuo giudizio ha a giudicare il comune de' dotti; e non voglio né debbo — né 'l voglio perché non debbo — estimarti che tu non sappia discernere i confini eterni delle cose le quali tra loro a morte combattono, e che si abbia teco a poner in consulta la necessitá se tu ami meglio d'appruovarti appo gl'indifferenti per giudice di cuor diritto ed equanime o di accusarti per un invidioso livido e dimagrato.

Vivi felice, ch'i filosofi diffiniscono con salute e con sapienza.

VI

L'EPISTOLA DI ORAZIO AI PISONI AL LUME DELLA «SCIENZA NUOVA»

NOTE IN MARGINE

(dopo il 1730)

I.

DE UNITATE POËMATIS.

[vv. 1-23]

Humano capiti... — Monstrosum poëma est, cuius partes in unam certam formam non congruunt: uti naturalia monstra sunt, quorum corpora ex aliis diversisque ab eorum natura partibus coaluere.

...*cervicem pictor*... — Recte poëta poësim picturae comparat: namque pictura mutum poëma, poëma loquens pictura dici solet. Et sane is optimus poëta est, qui sensilibus imaginibus res exponit, ut lectorum oculis, non intellectu, percipiantur.

...*equinam | iungere si velit, et varias inducere plumas, | undique collatis membris*,... — Ingeniose fingit hoc monstrum ex omnium animantium partibus, quae caelo, terra marique gignuntur; eaque ad duo summa genera revocat: rationis nempe expers et particeps.

...*ut turpiter atrum* | ... — Sordidum, *sozzo*: nam sordes nigrum colorem offundunt.

...*desinat in piscem mulier formosa superne: | spectatum admissi, risum teneatis, amici? | Credite, Pisones, isti tabulae*

fore librum | *persimilem, cuius, velut aegri somnia, vanae* | *fingentur species: ut nec pes, nec caput uni* | *reddatur formae.* — His verbis stat praeceptum de unitate poëmatis.

Pictoribus atque poëtis | ... — Id obiicitur inde quod poëta poësim cum pictura comparaverat.

...*quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.* | *Scimus et hanc veniam petimusque damusque vicissim.* | *Sed non ut placidis coëant immitia; non ut* | *serpentes avibus geminentur,...* — Eleganter dictum a partubus geminis.

...*tigribus agni.* | — Atqui sunt pictores qui eiusmodi monstrosas imagines eleganter depingunt, quae a nostris dicuntur « *pitture di rabesco* ». Sed cum his componi possunt poëtae qui id agunt ut risum moveant, excitentque tragoediae quae in comoedias abeunt: uti ex Latinis Petronius Arbiter in *Satyrica*, quod sane quoddam poëmatis genus est, et ex Italis Alexander Tassonius in poëmate inscripto *La secchia rapita.*

Inceptis gravibus plerumque... — Apponit monstrosorum poëmatum exempla.

...*et magna professis,* | *purpureus, late qui splendeat, unus et alter* | *adsuitur pannus;...* — Cum eius generis purpurea chlamyde rex Armeniae Tyridates, Romae theatrum in sole ingressus, omnium spectatorum oculos in se convertit, quibus candens flamma prodire, incedere ac sedere visus est.

...*quum lucus et ara Dianae,* | *et properantis aquae per amoenos ambitus agros;* | *aut flumen Rhenum,...* — Parvus in Italia fluvius amoenissimus, non qui Germaniam a Gallia dividit, quem in *Annalibus* describit sublimis Tacitus.

...*aut pluvius describitur arcus.* | *Sed nunc non erat his locus. Et fortasse cupressum* | *scis simulare:* ... — Satis scita emphasi « cupressum » dicit, qua nihil facilius pingi potest.

...*quid hoc? si fractis enatat exspes* | *navibus, aere dato, qui pingitur?...* — Ut, tabella in aede Neptuni suspensa, voti reus voto solutus sit.

...*amphora coepit* | *institui; currente rota, cur urceus exit?* | *Denique, sit quidvis simplex dumtaxat et unum.* — Haec est complexio praecepti de unitate poëmatis.

2.

De artis necessitate.

[vv. 24-37]

Maxima pars vatum,... — Natura quidem cuiusque facultatis pars potissima est, sed incerta. Quare acuti homines caussas investigarunt ex quibus natura aut recte aut prave fecisset, et ita artes invenerunt, quarum praeceptis artifices in suis operibus efficiendis recta sequantur, prava declinent.

...pater et iuvenes patre digni, | decipimur specie recti: brevis esse laboro, | obscurus fio: sectantem levia... — Elegantias verborum.

...nervi | deficiunt animique;... — Robur sententiarum. Vitium formae temperatae.

...professus grandia turget; | ... — Idque est vitium formae sublimis.

...serpit humi... — Vilescit.

...tutus nimium timidusque procellae. | — Et id vitium est formae tenuis.

Qui variare cupit rem... — Poëma ornare. Dictum a veste varia.

...prodigialiter... — Miris fabulis.

...unam, | delphinum silvis appingit, fluctibus aprum. | — Quod nonnisi in universali diluvio eveniret; atque id tamen ipsum in omnium urbium, gentium, animantium submersione notare, ut ne dicam ridiculi, certe pusilli ingenii nota esset.

In vitium ducit culpae fuga, si caret arte. | Aemilium circa ludum... — Gladiatorium: unde Italis venit « *giuocare di scherma* ».

...faber, unus et ungues | exprimet, et molles imitabitur aere capillos: | infelix operis summa, quia ponere... — Componere: namque ex aere membratim funduntur corporis partes, deinde ferruminentur. Atque heic recurrit superius praeceptum de unitate poëmatis. At Zeuxis Helenam Crotoniatibus pinxit compositam ex duodecim puellarum singulis membris, quibus

praestabant egregiis, et in unaquaque cetera non erant ad idem pulchritudinis instar; idque divinus pictor ex arte praestitit qua genus pulchrae feminarum formae quodammodo factum mente conceperat, in quod illae duodecim puellarum pulcherrimae partes muliebre corpus unum ex natura quidem, sed supra naturam pulchrae collatae, non verae pulchrae spectarentur. Ex quibus dictis hoc sane mirum confici potest: falsum poëticum esse quoddam verum metaphysicum, seu, ut nunc loquuntur, « *d'idea* », cum quo vera physica collata falsa esse videantur.

...totum | nesciet: hunc ego me, si quid componere curem, | non magis esse velim, quam naso vivere pravo | spectandum nigris oculis nigroque capillo.

3.

DE FACULTATE POETICA.

[vv. 38-41]

Sumite materiam... — In primis poëtam diligere poëmatis genus oportet, cuius habeat facultatem.

...vestris, qui scribitis, aequam | viribus, et versate diu quid ferre recusent, | quid valeant humeri. — Baiulorum exemplo, qui prius explorant onera, quibus ferendis pares suas sentiant vires.

Cui lecta potenter erit res, | ... — Cuius abeat facultatem, quae priscis dicebatur « faculitas », unde porro dicta « facilitas ».

...nec facundia... — Quae ab ipsa nascitur facultate. Ea enim virtus orationis est, qua quae dicuntur, non ab auctore, sed ultro, sive ex se ipsis, atque adeo natura prodire videantur: unde Homeri poëmata et picturae Nicomachi a Graecis αὐτόστατα dicebantur; uti Ludovici Ariosti poëma et Francisci Guicciardini historiae apud nos Italos dici possent.

...deseret hunc, nec lucidus ordo. — Nam quae natura fiunt, ea ex aeterno rerum ordine nascuntur. « Facundia » autem et « lucidus ordo », quae heic dicit Horatius, ab Italis verterentur « *naturalezza e propietá* ».

4.

De ordine fingendorum.

[vv. 42-45]

Ordinis haec virtus erit et venus, haud ego fallor: | ... — Quia ordo pulchritudinem rerum gignit, cum et heic inferius poëta dicit: « Singula quaeque locum teneant sortita decenter ».

...ut iam nunc dicat, iam nunc debentia dici | pleraque differat, et praesens in tempus omittat: | hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. — Ad id servandum praeceptum tenenda quaedam de rebus humanis analysis idearum, quae omnia ab re, qua de agitur, aliena dividat; atque ea ipsa, quae rei insunt propria, alia in alia protinus infert; eaque ratione quod dicitur, ita suo tempore locoque prodit ut e re natum esse videatur: quemadmodum in natura rerum quaeque forma omnia sibi extranea ab se amovet, et cuiusque semen ab stirpe per suum truncum, ramum, ramale, stelum, prius florem, deinde fructum educit. Ad hoc exemplum quae ordine dicuntur, natura dici videntur. Hinc mira illa in oratione virtus latet, quae auditorem detinet, nec lectorem sinit librum nisi perlectum relinquere: quia hac, quam dicimus « idearum analysim », prima quodammodo se aperiunt ut mox pariant quae sequuntur. Hinc illa eximia dictorum laus, ut alii, quamvis acuti, si aetatem cogitent, magis proprie dicere non possint: qua ex caussa, nec aliunde, praeclara sapientum dicta celebrantur.

5.

De locutione poëtica.

[vv. 46-72]

In verbis... — Id fortasse potissimum movit Horatium ad hunc scribendum *De arte poëtica* librum: quod ipsius detractores dicerent eum lyrica vocibus phrasibusque e graeca in

latinam linguam versis composuisse, namque in *Satyris Epistolisque* et hoc ipso *De arte* libro purus, putus, vulgaris latinus est.

...*etiam tenuis*... — Non « parcus », ut vulgo interpretantur, namque id praecipitur paulo inferius in verbis « dabiturque licentia sumpta pudenter »; sed « tenuis » heic significat quod nos diceremus « *con dilicatezza* ».

...*cautusque serendis,* | *dixeris egregie,*... — Appositissima voce dictum: nam, ut « egregium » est « e grege delectum », ita locutio poëtica e vulgari supra vulgarem linguam assurgit. Quam praecipue conflant « verba de medio lecta » quae dicit Cicero, quibus in primis hoc ipsum numero fit: quod Horatius dicit « egregie dicere ».

...*notum si callida*... — Nempe tenuis et cauta, quod superius dixit.

...*verbum* | *reddiderit iunctura novum. Si forte necesse est,* | *indiciis monstrare recentibus abdita rerum:* | ... — Animi sententias, quae latine manifestari non possunt.

...*fingere cinctutis*... — Quum antiquos dicit, antiquo vocabulo perbelle utitur. « Cinctutus » enim antiquitus dicebatur pro « cincto », et « cincti » pro « militibus », qui ut plurimum rudes sunt: unde « discinctus » pro « militia exauctoratus ». Quare non existimem heic ab Horatio intelligi Marcum Cethegum, quem Cicero in *Bruto* inter priscos oratores enumeret.

...*non exaudita*... — Intellecta.

...*Cethegis* | *continget: dabiturque licentia sumpta pudenter:* | ... — Parce.

...*et nova fictaque nuper habebunt verba fidem, si* | *graeco fonte cadant,*... — Exeant, terminentur: nam exitus ut rerum ita verborum dicuntur « casus ».

...*parce detorta. Quid autem* | *Caecilio Plautoque dabit Romanus, ademptum* | *Virgilio Varioque?* — Eximio poëtae tragico, qui *Orestem* tragoediam scripserat, qua Latini Graecis non invidebant, ad quem Virgilius et Horatius ipse sua deferebant emendanda poëmata. Et heroica poësi quoque excelluisse, ipsique Virgilio praestitisse, dat coniiciendum idemmet

Horatius in oda *Ad Agrippam*: « Scriberis Vario fortis et hostium | victor ».

Ego cur, acquirere pauca | si possum, invideor? Quum lingua Catonis et Ennii | sermonem patrium ditaverit, et nova rerum | nomina protulerit? Licuit, semperque licebit, | signatum praesente nota producere nomen. — Et sane verba sunt notae rerum: unde « notatio » dicitur in topica locus quod ab ipsa vi verbi argumentum suppeditat. Sunt item monetae quibus homines animorum commercia agitant; iisque monetis, sapientes aureis, qui paucis verbis multa significant, elegantes argenteis, qui verborum numero numerum rerum exaequant, vulgares et rudes aereis quampluribus verbis pauca dicunt.

. . . .

6.

De carminum generibus.

[vv. 73-85]

Heic Horatius praecipua carminum genera exequitur et quod materiam poëticam excipit.

Res gestae regumque ducumque et tristia bella | quo scribi possent numero... — Versu nempe hexametro, qui et amplitudine et gravitate cetera versuum genera exsuperat. Quanquam enim iambicus tetrameter, sive octonarius, tantis quantis hexameter temporibus metiatur, tamen iambus a brevi incipit, qui rhythmum celerem gignit; at spondeus sive dactylus incipit a producta, qui numerum gravem efficiunt: ut idem Horatius heic in *Arte* iambum « pedem citum », spondeos « stabiles » dicit.

...monstravit Homerus. | — Fallitur heic Horatius, namque ante Homerum quamplurimos poëtas heroicos Cicero affirmat in *Bruto*, et Eusebius in *Praeparatione evangelica* nominatim enumerat Phoemonoëm, Thamyridem, Demodocum, Aristeum aliosque. Certe ante heroicos narrantur poëtae theologi, qui hexametris versibus cecinere, uti Orpheus, Amphion, Linus, Museus, Hesiodus, eosque hexametris versibus suam theologiam

concepisse testantur *Orphica*, quae carmina quanquam subditiva a criticis habeantur, tamen qui ea confinxit, hexametris consignavit, ut vera vulgo probaret, quod poëtae theologi eo carminis genere usi fuerint. Procul dubio Hesiodi *Theogonia* hexametris est modulata. In *Nova scientia* eius rei principium et caussae exponuntur, in qua demonstratur primos gentium populos natura extitisse poëtas: unde omnes prophanae historiae fabulosa habent principia, gentiumque origines a diis aut heroibus revocant, eosque ipsos naturaliter heroica lingua et hexametro carmine — quod omnium antiquissimum est et «heroicum» dicitur, quia heroum tempore celebratum — locutos esse. Id graviter evincit antiquissima illa Graecorum traditio, quae narrat ipsos, a Pythone misere infestatos, opem Apollinis implorasse primo heroico versu, quem fudere spondaicum: « ἰῶ παιάν, ἰῶ παιάν, ἰῶ παιάν », quem, Pythone occiso, quum Apollini victori acclamarent, prae exsultante laetitia dactylicum protulere « ω » in « οο » duplicato et dypthongo « παι » diviso in syllabas duas. Cuius traditionis haec mansere vestigia: ut versus hexameter a Pythone occiso « pythius » diceretur, et omnibus sedibus, praeterquam ultima, dactylo cederet. Ex quibus dissertatis communis illa grammaticorum opinio convellitur, uno ore affirmantium linguam poëticam fuisse prorsa oratione posteriorem.

Versibus impariter iunctis... — Hexametro nempe et pentametro.

...*querimonia primum;* | *post etiam inclusa est voti sententia compos.* | *Quis tamen exiguos elegos*... | Tenues, humiles, qui sui dissimiles brevissimo verborum ambitu currunt, ut hexameter breve orationis membrum contineat, pentameter in duo breviora incisa fundatur. Quae omnia sane decent duos pusilli animi affectus: tristitiam letitiamque.

...*emiserit auctor,* | *grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.* | *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* | —Nam pes iambus a brevi incipit, in longum desinit, qui motus est naturae contrarius et irae proprius, quae, initio concitata, in fine languescit.

Hunc socci cepere pedem... — Comoedia.

...grandesque cothurni; | ... — Tragoedia. Sed tragoedia longe prior comoedia nata est; et quidem iambus tragico poëmati convenit, quod populorum iram in tyrannos ciere debet. Sed quonam pacto deinde iambus in comoediam traductus est, quae exhibet amores, amoenitates et risus? Ex *Novae scientiae principiis* solvitur haec difficultas: quod, cum tragoedia inventa est, quod longe post epopoeiam evenit, graeci populi iambico carmine naturaliter loquebantur: deinde ex vana exempli observatione in comoediam intrusum est, quum iam Graeci prorsa oratione uterentur.

...alternis aptum sermonibus... — Ut prorsa oratione scribentibus ultro iambi passim exciderent.

...et populares | *vincentem strepitus,...* — Etenim natura comparatum ut qui cantant vocem extollant. Sed, cum tragoedia orta est, in quoquo parvo theatro populus erat numerabilis, ut inferius idem Horatius observat, ut histrionibus clamore opus non esset quo a spectatoribus exaudirentur.

...et natum rebus agendis. | — Aptum actui fabularum. Quod confirmat superius a nobis dictum: graecos populos primum carmine heroico, deinde iambico, tandem prorsa oratione loquutos esse.

Musa dedit fidibus divos, puerosque deorum, | *et pugilem victorem, et equum certamine primum* | *et iuvenum curas, et libera vina referre.* — Tandem provenit poësis melica, quae lyrica poëmata ex choreis iambisque ut plurimum concinnantur. Choreus namque est naturae conveniens, ut qui a producta incipit, in correptam desinit, uti naturaliter motus principio tardior, in fine velocior est. Et ita hoc genus poëseωs temperatum, quod laudat deos, heroas, ludorum victores, puellas, quae in deliciis habentur, et vitia, ex acribus iambis et lenibus trochaeis commistum est.

7.

DE DECORO POËTICO.

[vv. 86-88]

Descriptas servare vices... — Heic generatim de poëtico decoro praeceptum proponit: quod in poëmate, sive epico sive dramatico, teneri oportet ut poëta servet vices seu partes, quas sui poëmatis personis semel adscripsit.

...*operumque colores*... — Poëmatum mendacia, ut Plautus « obtinere colorem » dixit mendacium excogitare, quod ab omni eius parte pro vero probes.

. . . .

8.

DE DECORO STYLI POËTICI.

[vv. 89-118]

Versibus exponi tragicis res comica non vult: | indignatur item privatis ac prope socco | dignis carminibus narrari coena Thyestae. | Singula quaequae locum teneant sortita decenter. | — Hinc incipit particulatim decori praecepta tradere, et primum quidem de decoro styli poëtici. Quod quanquam in argumentis de comoedia et tragoedia proponat, sunt tamen epopoeiae quoque etiam communia.

Interdum tamen et vocem comoedia tollit, | iratusque Chremes tumido delitigat ore, | ... — Quia ira affectus est naturae sublimis, unde Homerus in *Iliade* iram Achillis canit.

...*et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.* | —Quia infirmi animi est dolore percelli.

Telephus et Peleus, cum pauper... — Legerem « cur pauper », qua unius literulae correctione et acutior est sententia et latina oratio rectior.

...*et exsul uterque, | proïicit ampullas et sesquipedalia verba: | si curat cor spectantis tetigisse querela.* | — Ex superiori emendatione heic legendum « querela? ».

Non satis est pulchra esse poëmata:... Quae tantummodo delectant ingenium, quum iis acclamatur « euge! », « belle! »,

« sophos! »: quod sane fit quum animus ociatur, nec ullo affectus moto cietur.

...dulcia sunto, | et quocumque volent animum auditoris agunto. — Quae suaviter afficiant animos.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsint | humani vultus: si vis me flere, dolendum est | primum ipsi tibi. Tunc tua me infortunia laedent, | Telephe vel Peleu:... — Maximi momenti de eloquentia praeceptum, ut oratores, exempli gratia, in medias reorum miserias phantasia coniiciantur, ut vere misera eorum oratio auditores ad miserationem commoveat.

...male si mandata loqueris, | ... — Partes tibi attributas, vices tibi adscriptas.

...aut dormitabo aut ridebo. — Nullum evidentius est argumentum poëtam vel oratorem nihil dicere quando, dum dicit, auditores aliud agunt, quia tunc illorum animos non alloquitur.

. . . .

Format enim natura prius nos intus ad omnem | fortunarum habitum: iuvat aut impellit ad iram | ... — Affectum sublimem, ut superius diximus.

...aut ad humum moerore gravi deducit et angit. — Quo dicuntur afflicti « *abbattuti* ».

. . . .

Intererit multum Davusne loquatur an heros, | maturusne senex an adhuc florente iuventa | fervidus, et matrona parens an sedula nutrix, | mercatorne vagus cultorne virentis agelli, | Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis. — Heic agit de personarum decoro a conditione, aetate, fortuna, vitae instituto, natione et moribus civitatis.

9.

De deligendo tragoediae subiecto.

[vv. 119-135]

Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge, | scriptor. — Heic ad decorum apposite dat praecepta de deligendis tragoediarum argumentis, ubi « famam » intelligit historiam poëticam.

Honoratum si forte reponis Achillem, | ... — Cui ab Iove, Troianorum Graecorumque res moderante, honor est restitutus, quem Agamemnon laeserat, quum ei Briseidem abduxerat, qua in re totum *Iliadis* poëma occupatur.

...impiger, iracundas, inexorabilis, acer, | *iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.* — Quos Achilli mores Homerus attribuit. Atque hic est Achilles, cuius virtutem maximus poëtarum Graeciae populis imitandam proponit, quemque perpetuo « irreprehensibilis » adiuncto cohonestat. Quod sane omnes philosophos et philologos solicitat et contorquet; nec ullis quantumvis socraticis allegoriis, quibus eminet Plato et Plutarchus, ii hoc nodo se expediunt, quia qualis ab Homero canitur, talis ab rudi Graecorum vulgo, tempore quo nulli adhuc erant philosophi, Achilles accipitur. Sed in *Nova scientia* demonstratur Homerum graecis populis ferocibus adhuc cecinisse Achillis gesta, quae, recurrente barbarie, gentes suspexere et sunt admiratae, quae dicebantur « *bravure di duellanti* ».

. . . .

Difficile est proprie communia dicere: tuque | *rectius iliacum carmen diducis in actus,* | *quam si proferres ignota indictaque primus.* — Hoc in loco omnes interpretes sunt misere hallucinati. Dicit enim Horatius difficile esse ex generibus philosophicis confingere genera poëtica sive personas ideales tragoediarum. Sed haec difficultas obtinet in tragoediis, et in comoedia nova Graeci id ipsum et facile et feliciter praestitere, cuius personas nonnisi ex generibus philosophicis fingere ius fuit. Id sane turbat quidquid hactenus de poëseως origine scriptum dictumque sit. Nam, philosophia artibusque poëtica et critica inventis, nullus poëta heroicus Homero extitit, nedum maior, vel par; sed vel praestantissimi ei sunt longo intervallo secundi. Haec quaestio ex *Novae scientiae principiis* dissolvitur, qua demonstratur primos graecarum ut et aliarum gentium fundatores natura fuisse poëtas, qui cum praeinsigni ruditate philosophorum genera intelligere non possent, et ad scientias, quae sine eiusmodi generibus non constant, iter intendere primulum conarentur, quaedam sibi illustria exempla

finxere, ad quae tanquam genera ipsi omnia cuique generi pertinentia affingebant, et sane quaeque luculentissima, quae pene brutas ipsorum mentes excitare et in se convertere possent, ut omnia fortia facta Achilli, Ulyxi omnia sedula consilia: quae ab universa natione conficta ob id erant maxime sensui communi convenientia, in quo praeter cetera poëticum decorum spectatur. Haec duo poëtica historiae subiecta Homerus sumpsit, alterum *Iliadis*, alterum *Odysseae*. Hinc illud est quod Aristoteles in *Arte poëtica* mendacia poëtica ab uno Homero scite commenta dixit; id numero ipsum quod Horatius heic dicit, ex Homero argumenta tragoediarum sumenda esse: quia Homerus tempore heroico floruit, quo naturaliter ab Graecis eiusmodi characteres heroici exprimebantur. At vero, cum a Socratis temporibus Graecia ad excultissimam humanitatem pervenisset, ex generibus, quae philosophi de humanis moribus intellexerant, unde morum characteres postea Theophrastus per genera philosophica scripsit, novae comoediae genera poëtica, sive characteres, sive personae, facile a Menandro, eius principe, conficta sunt, quae in theatro vulgus vitae officia docerent, quod, ut genera metaphysica difficile percipit, ita facile illustribus movetur exemplis.

Publica materies... — Hic locus ab interpretibus adhuc intellectus non est: quod eruditissimus Andreas Dacier, in suis ad hunc locum notis, agnoscit. Dicit enim Horatius quod « publica materies », hoc est fabula homerica,...

privati iuris erit,... — ...fiet fabula propria.

...si | nec circa vilem patulumque moraberis orbem, | ... — Ubi interpretes prorsus nugantur, quum « orbem vilem patulumque » exponunt longa episodia. Sed episodia, quod longa, non idcirco sunt vilia, uti, exempli grata, illa Torquati Tassi duo: de hortorum Armidae deliciis et pastoris ad Erminiam sermo de rusticae vitae felicitate; quorum prius ornatae, alterum tenuis notae est; utrumque sane longum, neutrum tamen vile quis dixerit. Sed « orbe vili patuloque » intelligit Horatius paraphrases: uti quidam otiosae plebeculae in latum orbem coactae nostros italos poëtas cantando legunt et quamque

stropham vulgaribus verbis ac sententiis exponunt: a quo « orbe », qui Graecis κύκλος dicitur, circumforaneus poëta ab Horatio paullo inferius « scriptor cyclicus », pro « vili », appellatur. Igitur Horatii sententia est: « si nec fueris Homeri paraphrastes ».

...nec verbum verbo curabis reddere fidus | interpres,... — Si nec fueris Homeri ex graeca in latinam linguam traductor.

...nec desilies imitator in arctum, | unde pedem proferre pudor vetet aut operis lex. — Si neque fueris servilis Homeri imitator. Quae tria cum declinaveris, circa eandem fabulam fies Homeri aemulator, si cures tragicam personam ab Homero desumptam, ex iis ipsis moribus quos Homerus illi attribuit, alia nova conformia dicere et agere commentus sis; eaque ratione, novae fabulae auctor et, ut uno verbo dicam, poëta existes.

10.

De propositione poëmatis heroici.

[vv. 136-145]

Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim: | « Fortunam Priami cantabo et nobile bellum ». | — Heic digreditur Horatius ab instituto argumento de fabularum decoro et de poëmatis heroici propositione praeceptum tradit et *Odysseae* exemplum apponit.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? | Parturient montes: nascetur ridiculus mus. | — Numero ipso vilem sententiam exprimit.

Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte: | « Dic mihi, Musa, virum, captae post tempora Troiae, | qui mores hominum multorum vidit et urbes »! | — « Vir », Latinis, Graecorum « heroem » significat. Sic Virgilius: « Arma virumque cano ».

Non fumum ex fulgore,... — Ut palearum flamma, quae, illico ac brevi collucens, mox in longum desinit fumum.

...sed ex fumo dare lucem | cogitat... — Ut robora, quae, principio diu fumantia, tandem accensa edunt candentem ignem ac diuturnum. Illi sunt libri qui superficiariam, hi vero qui

profundam doctrinam continent: illi, semel lecti, te explent; quo magis hos legas, magis proficias.

...ut speciosa dehinc miracula promat: | Antiphaten Scyllamque et cum Cyclope Charybdin. – Quae multum habeant speciei seu raritatis.

11.

DE HEROICI POËMATIS ORDINE.

[vv. 146-152]

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri, | nec gemino bellum troianum orditur ab ovo. | Semper ad eventum festinat, et in medias res | non secus ac notas auditorem rapit,... — Pergit Horatius digredi ab argumento de fabularum decoro, et de heroici poëmatis ordine hoc tradit praeceptum, ut eius media in principio, initia in medio narrantur. Sic Homerus bellum troianum ab nono eius anno, Virgilius fundationem romanae gentis a tempestate qua Aeneas Carthaginem delatus est, Torquatus Tassus Hierosolymorum liberationem a sexto anno quo bellum in Asiam Christianis illatum erat, sua poëmata incipiunt.

...et quae | desperat tractata nitescere posse, relinquit. | — Id praeceptum religiose Tassus servavit, qui suos heroas nunquam prandentes, nunquam coenantes inducit.

Atque ita mentitur, sic veris... — Nimirum iis quae natura fiunt.

...falsa... – Nempe miracula.

...remiscet, | primo ne medium, medio ne discrepet imum.

12.

DE CUIUSQUE AETATIS DECORO.

[vv. 153-178]

Tu quid ego, et populus mecum desideret, audi. — Redit poëta ad propositum supra argumentum de fabularum decoro, et singillatim exequitur mores cuiusque aetatis, quod generatim antea proposuerat eo loco: « maturusne senex ».

. . . .

Imberbis iuvenis, tandem custode remoto, | *gaudet equis canibusque et aprici gramine campi;* | *cereus in vitium flecti, monitoribus asper;* | *utilium tardus provisor, prodigus aeris,* | *sublimis...* — Gloriae appetens.

...cupidusque, et amata relinquere pernix.

Conversis studiis, aetas animusque virilis | *quaerit opes...* — Potentiam.

...et amicitias, inservit honori: | *commisisse cavet,...* — Quod virum fortem decet.

...quod mox mutare laboret.

. . . .

Ne forte seniles | *mandentur iuveni partes pueroque viriles,* | *semper in adiunctis aevoque morabimur aptis.* — Quia quisque, vel e vulgo, notat se non dicturum facturumve quod suae aetati poëta appingit.

13.

Praecepta quaedam generalia de poësi dramatica.

[vv. 179-219]

. . . .

Non tamen intus | *digna geri, promes in scaenam; multaque tolles* | *ex oculis, quae mox narret facundia praesens.* — Nuncii, qui evidenti narratione rem oculis spectatorum subiiciat.

. . . .

Neve minor neu sit quinto productior actu | *fabula, quae posci vult et spectata reponi.* | — Haec sunt dramatis partes quae in scholis dicuntur « quantitativae »; nam quae appellantur « formales » sunt tres: protasis, quae fabulam constituit; epitasis, quae involvit; catastrophe, quae dissolvit.

Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus | *inciderit.* — Tunc recurritur ad machinam, quum fabula miraculose involuta est.

. . . .

Actoris partes chorus officiumque virile | defendat. — Fungatur officio boni viri.

. . . .

Tibia non, ut nunc, orichalco iuncta tubaeque | aemula; sed tenuis simplexque foramine pauco | adspirare et adesse choris erat utilis... — Quae, eadem recurrente rerum civilium serie, rediit, quae dicitur «*oboè*».

...atque | nondum spissa nimis complere sedilia flatu, | ... — En cur supra dicebamus iambum non idcirco dramatis in principium accommodatum ut vinceret strepitus populares.

...quo sane populus numerabilis, utpote parvus, | et frugi castusque verecundusque coibat. | — Castitate qua Cicero in *Legibus* ait « deos caste adeunto ». Nam ludi, in quibus agebantur comoediae, edebantur in honorem deorum, quibus sacrificaturos prius lavari oportebat.

Postquam coepit agros extendere victor, et urbes | latior amplecti murus, vinoque diurno | placari genius festis impune diebus, | accessit numerisque modisque licentia maior. | — Ex eodem recursu caussarum, musica nostri temporis metris utitur brevioribus et levioribus rhythmis.

Indoctus quid enim saperet liberque laborum | rusticus urbano confusus, turpis honesto? | Sic priscae motumque et luxuriam addidit arti | tibicen... — Id ipsum numero, quod nunc faciunt « *le correntine francesi* ».

...traxitque vagus per pulpita vestem. | — Errans, ut nunc spectatur gallica saltatio.

Sic etiam fidibus voces crevere severis, | et tulit eloquium insolitum facundia praeceps: | utiliumque sagax rerum, et divina futuri | sortilegis non discrepuit sententia Delphis. — Quia musica principio ad canendas deorum laudes inventa est, et nunc sane summi pontificis oraculum consuli oporteret, ut cantui gregoriano, quo in sacris utimur, admisceretur cantus qui dicitur « figuratus ».

14.

DE TRAGOEDIAE ORIGINE.

[vv. 220-250]

Carmine, qui tragico vilem certavit ob ircum, | *mox etiam agrestes satyros nudavit, et asper* | *incolumi gravitate iocum tentavit, eo quod* | *illecebris erat, et grata novitate morandus* | *spectator, functusque sacris, et potus et exlex.* | — Heic poëta incipit verba facere de tragoedia, de cuius historia quaedam ex antiquis traditionibus satis obscura et confusa tradit, quae, ex *Novae scientiae principiis* illustrata ac distincta, primum dramaticae personae inventum, et veram etymi rationem, qua « tragoedia » dicta est, evidenter demonstrant. Caper enim Graecis τράγος dicitur, unde « tragoedia » appellata: sed non iccirco quod hircus victoribus eius certaminis vili praemio daretur, quod Horatius ipse heic miratur; sed quia prima dramatica persona haec satyri inventa est, quam naturae conveniens fuit ut rustici homines, inter quos primos poëtica historia dramaticum poëma ortum narrat, caprinis pellibus pedes, crura et coxas tegerent, pectora et ora vini faecibus ungerent, et cornibus denique frontes armarent; eoque pacto prima theatri persona extitit.

Verum ita risores, ita commendare dicaces | *conveniet satyros, ita vertere seria ludo:* | *ne quicumque deus, quicumque adhibebitur heros,* | *regali conspectus in auro nuper et ostro,* | *migret in obscuras humili sermone tabernas;* | *aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.* | *Effutire leves indigna tragoedia versus,* | *ut festis matrona moveri iussa diebus,* | *intererit satyris paulum pudibunda protervis.* | — Huiusmodi dramatum nullum ex antiquitate exemplum ad nos perlatum, sed ex hoc Horatii loco audacter definire licet satyram fuisse drama quo et tragicae et comicae personae in scenam prodibant. Qua similitudine Latinis satyra fuit edulium in quo diversa ciborum genera confundebantur: unde postea « lex per satyram » dicta, quae plura ac diversa rerum capita complectebatur.

Non ego inornata... — Agit de stilo satyrico.

...et dominantia nomina solum | verbaque, Pisones, satyrorum scriptor, amabo: | ... — Quae item dicuntur verba nativa, quae ad id ipsum significandum nata sunt quod animo praeconceperis, et in eo explicando dominantur: quo verborum genere Horatius in *Satyrarum* libris summa cum laude usus est.

...nec sic enitar tragico differre colori, | ... — Non a tragica magniloquentia, ut interpretes vulgo interpretantur, sed a satyrica puritate et elegantia, quia prima tragoedia, ut supra diximus, hoc genus satyrae fuit, quod est idem numero ipsum quod paullo superius poëta dixit: « Ne quicumque deus » etc.

...ut nihil intersit, Davusne loquatur, et audax | Pythias, emuncto lucrata Simone talentum, | an custos famulusque dei Silenus alumni. | Ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quivis | speret idem, sudet multum frustraque laboret | ausus idem. — Non heic agit Horatius de argumento satyrae deligendo, sed de satyrici stili difficultate: ubi detractoribus suis respondet, qui ipsius satyras contemnebant a locutionis facilitate.

Tantum series iuncturaque pollet, | tantum de medio sumptis accedit honoris. | Sylvis deducti caveant me iudice fauni, | ne velut innati triviis... — Qui Romae in conducta quidem domo nati sunt.

...ac pene forenses, | ... — *« Del vil mercato ».*

...aut nimium teneris iuvenentur versibus... — Nempe lascivis.

...unquam, | aut immunda... — Sordida.

...crepent ignominiosaque dicta. | — Quae alterius famam laedunt.

Offenduntur enim quibus est equus et pater... — Hoc est patricii.

...et res, | ... — Intelligit senatores, qui censu, non genere, in ordine censebantur.

...nec, si quid fricti ciceris probat et nucis emptor, | aequis accipiunt animis donantve corona.

15.

De metris dramatum.

[vv. 251-274]

Heic agit Horatius de metris dramatum propriis.

Syllaba longa brevi subiecta vocatur ĭambus, | pes citus,... — Ut in praesenti musica nota brevis in systematis principio praeposita productae celerem rhythmum significat.

...unde etiam trimetris... — In graeca musica dicuntur « dipodiae », ut quaeque dipodia duobus pedibus metiretur.

...accrescere iussit | nomen iambeis, quum senos redderet ictus. | — Tempore quod nostri temporis musici dicunt « *tempo a cappella* », quod est omnium celerrimum.

Primus ad extremum similis sibi: non ita pridem | tardior ut paullo graviorque veniret ad aures, | spondeos stabiles in iura paterna recepit | commodus et patiens: non ut de sede secunda | cederet aut quarta socialiter. — Nam in sexta nunquam cessit spondeo, quod argumento est principio iambicum natum esse ex solis iambis compositum; uti in versu hexametro, quia initio spondaicus natus est, ut in *Nova scientia* demonstratur, nunquam ultimum pedem dactylo cedit.

. . . .

In scenam missos magno cum pondere versus, | ...— Supple « esse ». Atque haec infinita oratio heic vicem recti obtinet, quod regit verbum « premit »: ex quo sermonis genere est si dicas « hoc facere turpe est ».

...aut operae celeris nimium curaque carentis, | aut ignoratae premit artis crimine turpi. | Non quivis videt immodulata poëmata iudex, | et data romanis venia est indigna poëtis. | Idcircone vager scribamque licenter? Et omnes | visuros peccata putem mea, tutus, et intra | spem veniae cautus? — Quia non omnes visuros putem.

. . . .

Si modo ego et vos | scimus inurbanum... — Scurrile.

...lepido seponere dicto, | *legitimumque sonum digitis callemus et aure.* — Ut in poësi italica nedum digitis numerando versuum syllabas, sed aure legitimum eorum sonum callemus; et in latina quoque poësi calleremus, si tempora syllabarum, non arte, uti nunc mortua lingua, sed natura, uti ea vivente, a pueris disceremus.

16.

De dramaticae poëseως historia.

[vv. 275-294]

Ignotum tragicae genus invenisse Camenae | *dicitur,...* — Hinc Horatium doctrinam de satyra, sive de antiquissima tragoedia, incipere oportuit.

...et plaustris vexisse poëmata Thespis, | ... — Vindemiae tempore, quibus uvas ad torcularia et lacus ferebant: quorum antiquissimum vestigium in nostra Campania permansit, ubi vinitores dicuntur vulgo « *cornuti* », et impune habent honestos viros feminasque procacibus dictis impetendi licentiam.

...quae canerent agerentque peruncti faecibus ora. | — Quare satyri pectore et ore rubicundi finguntur. Ubi ridere licet mythologos, qui, in errorem inducti quod vox πάν « totum » vel « universum » significat, in dei Panis fabulam eruditam mythologiam obtrudunt, quod pedes, crura, coxae caprinae terram sylvosam, pectus et os rubicundum elementum ignis, cornua solem lunamque significent. Sed heic illa haud spernenda oritur difficultas: — Quî tragoedia, quae postea in eam sublimitatem evecta est ut Plato eam epopoeia grandiorem existimet, his rudissimis principiis orta est; et Homerus, Eupoli multo prior, incomparabilis heroicus poëta repente extitit? — Haec difficultas ex *Novae scientiae principiis* facile solvitur, quibus demonstratur Homerum in tertia heroicorum poëtarum aetate provenisse, et heroicam poësim, non minus rudem quam heic dramatica narratur, primulum ortam esse. Quod graviter confirmatur tum eo quod de carminis heroici origine superius

dictum est, quae primorum hominum infantiam apertissime probat; tum ipsis antiquissimis fabulis, quae satis inconditae ineptaeque ad nos usque pervenerunt. Ut illa primae aetatis poëticae, utpote quae rem statim post diluvium tradit: Deucalio et Pyrrha coniuges super Parnassi montis iugo ante deae Themidis templum lapides ante pedes positos post terga reiiciunt, et homines nascuntur. Et illa mediae aetatis poëticae: Cadmus serpentem occidit, eius serit dentes, lapidem in medium iacit, ex sulcis homines armati cooriuntur, secumque ipsis confligunt, et Cadmus in serpentem convertitur. Quae fabula ex nostrae mythologiae historicae principiis poëticam quingentorum ferme annorum historiam complectitur.

Post hunc personae pallaeque repertor honestae | Aeschilus, et modice instravit pulpita tignis, | et docuit magnumque loqui nitique cothurno. | — Id haud vere dicit Horatius, nam magnum loqui iam antea docuerat Homerus.

Successit vetus his comoedia, non sine multa | laude;... — Quia famosos homines publica reprehensione dignos fabulis traducebat, ut, eo metu, civitatis proceres bonas artes exsolerent.

...sed in vitium libertas excidit,... — Ut perderet viros optimos, uti Aristophanes, *Nebularum* fabula, perdidit sanctissimum Socratem.

...et vim | dignam lege regi. Lex est accepta, chorusque | turpiter obticuit, sublato iure nocendi. | — Quia antiqua comoedia argumenta sibi sumebat summates viros, qui in ore omni populo erant. At comoedia nova, cuius princeps Menander habetur, privatas personas fingit. Quare ad illud Simonis in *Andria*: « Meum gnatum rumor est amare », Davus mutiens subdit: « Id populus curat scilicet ».

Nil intentatum nostri liquere poëtae, | nec minimum meruere decus vestigia graeca | ausi deserere et celebrare domestica facta: | vel qui praetextas,... — Quae respondebant Graecorum tragoediis. In iis namque personae nobiles, quae praetextas gerebant. inducebantur.

...vel qui docuere togatas. | — Quae graecas comoedias referebant. Toga enim Romani vulgo utebantur, quare « gens

togata »; uti « palliata », a « palliis » quae gerebant, Graecorum natio dicta est.

Nec virtute foret clarisve potentius armis | quam lingua, Latium, si non offenderet unum | quemque poëtarum limae labor et mora. — Fastidium, ut in emendandis poëmatis morosi fastidiosi essent.

Vos, o | Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non | multa dies et multa litura coërcuit, atque | perfectum decies non castigavit ad unguem. — Id ipsum posterius dicit: ut « poëmata nonum premantur in annum ».

17.

De facultatis poëticae instrumentis.

[vv. 295-332]

Ingenium misera quia fortunatius arte | credit... — In omni facultate id verum est, sed in poëtica omnium maxime: nam in quavis facultate naturae vitium labore improbo sive obstinato suppleveris, quod in poëtica omnino negatur. Ratio autem eius est quia poësis sola natura extitit, cum ante poësim nullae artes inventae essent, quando omnes artes ex poësi natae sunt, ut in *Novae scientiae principiis* demonstratur. Quare Homerus, ante omnes philosophos artesque poëticas et criticas, summus poëtarum poëta extitit, quem posteris sequi datum, aemulari, nedum superare, negatum est.

...et excludit sanos Helicone poëtas | Democritus... — Quia prima poësis, nempe theologica, ex quodam divino furore nata est, quo poëtae theologi, primi gentium fundatores, correpti, deos inter se versari sibi videre videbantur. Quod aperte docetur *Novae scientiae principiis*. Quare poësis hanc habet suae originis proprietatem, ut natura plurimum constet.

. . . .

Scribendi recte sapere est et principium et fons... — Id alterum nunc poëticae facultatis praecipuum instrumentum, philosophia: quia fabulae nunc sunt genera poëtica ex generibus philosophorum consita, ut supra diximus.

. . . .

Respicere exemplar vitae... — Hoc est intueri vitam humanam in sua idea optima: quod non alibi discitur nisi in evolvendis philosophis qui de moribus ac vitae officiis scripserunt.

...morumque iubebo | doctum imitatorem... — Qui non alterius artificis opera, sed ipsam veram naturam sibi imitandam proponit: ut tres pictores principes in suo certo pingendi genere, Bonarrota in sublimi, Urbinas in tenui, Titianus in temperato excelluerunt.

...et vivas hinc ducere voces. — Id ipsum est quod superius diximus: falsum poëticum esse verum metaphysicum, sive in idea optima, ad quod vera physica comparata falsa esse comperiuntur.

. . . .

18.

De fine poëseως.

[vv. 333-346]

Aut prodesse volunt aut delectare poëtae, | aut simul et iucunda et idonea dicere vitae. — Finis poëseως, quum primum orta est, fuit utilitas, qua gentes fundatae sunt, ut paullo inferius dicetur; deinde alter successit, delectatio. Sed poësis reipublicae utilis nulla, nisi quae, media delectatione, utilitatem sibi praecipuum finem proponat.

. . . .

Ficta voluptatis caussa sint proxima veris: | nec quodcumque volet, poscat sibi fabula credi; | neu pransae lamiae vivum puerum exstrahat alvo. — Materia poëseως maxime propria est non impossibile, sed credibile, ut supra diximus: sed gentes omnia de diis credidere, praeterquam ut mortuos in vitam revocare possent.

. . . .

19.

De critica poëtica.

[vv. 347-390]

Sunt delicta tamen quibus ignovisse velimus. — Heic incipit Horatius tradere praecepta de critica poëtica.

. . . .

Ut pictura poësis erit: quae, si propius stes, | *te capiat magis...* — Sic poëma notae tenuis.

...et quaedam si longius adstes. | — Sic poëma notae grandis.

Haec amat obscurum: volet haec sub luce videri. | *Iudicis argutum...* — Solers, quod et facile et cito advertit.

...quae non formidat acumen, | *haec placuit semel, haec decies repetita placebit.*

. . . .

Ut, gratas inter mensas symphonia discors, | *et crassum unguentum, et sardo cum melle papaver* | *offendunt: poterat duci quia coena sine istis;* | *sic, animis natum inventumque poëma iuvandis,...* — Delectandis, ut « iuvat spectare », « *è bello star a vedere* ».

...si paullo summum decessit, vergit ad imum.

. . . .

Si quid tamen olim | *scripseris, in Metii descendat iudicis aures,* | *et patris et nostras; nonumque prematur in annum,* | *membranis intus positis.* — Quod superius dixit « decies castigavit ad unguem ».

. . . .

20.

De poëtices laudibus.

[vv. 391-407]

Silvestres homines... — Gravissima omnium et maxima poëtices laus, quod ea humanam societatem fundavit, cum omnes gentium populi ab aliquo deo vel heroë suas origines repetant.

...sacer... — Sacerdos, quia primi gentium sacerdotes fuerunt poëtae.

...interpresque deorum, | ... — Qui Graecis dicitur μύστης; unde prima gentium mysteria fuere fabulae poëtarum, et prima theologia mystica fuit quam professi sunt poëtae theologi.

...caedibus et victu foedo deterruit Orpheus, | *dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones.* | — Atqui Orpheus venit nongentis annis post graecam nationem inceptam fundari.

Dictus et Amphion, thebanae conditor urbis, | *saxa movere sono testudinis, et prece blanda* | *ducere quo vellet.* — At Amphion floruit trecentis annis post Thebas a Cadmo conditas. His difficultatibus in *Nova scientia* fit satis.

Fuit haec sapientia quondam | *publica privatis secernere, sacra profanis;* | *concubitu prohibere vago, dare iura maritis;* | *oppida moliri, leges incidere ligno:* | *sic honor et nomen divinis vatibus atque* | *carminibus venit.* — Prima sapientia vulgaris fuit poëtica. Quare ab historia poëtica sunt repetendae origines rerumpublicarum, legum omniumque artium ac scientiarum, quae humanitatem perfecere. Quod in *Novae scientiae*, secundae editionis, libro secundo praestitum est: qui liber est huius loci horatiani quidam perpetuus commentarius.

. . . .

21.

Iterum de poëtices instrumentis.

[vv. 408-411]

Natura fieret laudabile carmen an arte | *quaesitum est: ego, nec studium sine divite vena,* | *nec, rude quid possit video, ingenium: alterius sic* | *altera poscit opem res et coniurat amice.* — Redit ad instrumenta facultatis poëticae, de quibus dictum est supra.

22.

De studio poëtices.

[vv. 412-418]

Qui studet optatam cursu contingere metam | multa tulit: fecitque puer, sudavit et alsit, | abstinuit venere et vino. — Hoc praeceptum in poëtica, oratoria et quavis alia facultate servandum, ut flagrantissimo studio excolatur.

. . . .

23.

De censore deligendo.

[vv. 419-433]

Dat praeceptum de deligendo censore.

. . . .

24.

De censoris officio.

[vv. 434-476]

Heic censoris munus exequitur.

. . . .

VII

DISCOVERTA DEL VERO DANTE

OVVERO

NUOVI PRINCÍPI DI CRITICA DANTESCA

A proposito del commento d'un anonimo alla *Commedia* (tra il 1728 e il 1730).

La *Commedia* di Dante Alighieri ella è da leggersi per tre riguardi: e d'istoria de' tempi barbari d'Italia, e di fonte di bellissimi parlari toscani, e di esemplo di sublime poesia.

Per ciò che si attiene al primo, egli sta cosí dalla natura ordinato e disposto: che, per una certa uniformitá di corso che fa la mente comune delle nazioni sul cominciare ad ingentilirsi la lor barbarie — la quale è, per natural costume, aperta e veritiera, perché manca di riflessione, la quale applicando a male, è l'unica madre della menzogna, — i poeti vi cantino storie vere. Cosí nella *Nuova scienza d'intorno alla natura delle nazioni* abbiamo [professato] Omero essere il primo storico della gentilitá: lo che piú si conferma nelle *Annotazioni* da noi scritte a quell'opera, nelle quali l'abbiam truovato affatto altro da quell'Omero il qual finora è stato da tutto il mondo creduto. E certamente il primo storico de' romani a noi conosciuto fu Ennio, che cantò le guerre cartaginesi. Agli stessi esempli il primo o tra' primi degl'istorici italiani egli si fu il nostro Dante. Ciò ch'egli nella sua *Commedia* mescolò di poeta è che narra i trapassati, secondo i meriti di ciascuno, allogati o nell'inferno o nel purgatorio o nel paradiso; e quivi, qual poeta debba, « *sic veris falsa remiscet* » per essere un Omero

o un Ennio convenevoli alla nostra cristiana religione, la qual c'insegna i premi e i castighi delle nostre buone o cattive operazioni essere, piú che i temporali, gli eterni. Talché le allegorie di tal poema non sono piú di quelle riflessioni che dee far da se stesso un leggitore d'istoria: di trarvi profitto dagli altrui esempli.

Il secondo riguardo per lo quale Dante è da leggersi è ch'egli è un puro e largo fonte di bellissimi favellari toscani. Nella qual cosa non è ancora soddisfatto di un profittevole commento, per quello stesso che dicesi volgarmente: che Dante v'abbia raccolto i parlari di tutti i dialetti d'Italia. La qual falsa oppenione non ha potuto che indi provvenire: perché al Cinquecento — che dotti uomini si diedero a coltivare la toscana favella che si era in Firenze parlata al Trecento, che fu il secolo d'oro di cotal lingua, — osservando essi un gran numero di parlari in Dante, de' quali non avevano affatto rincontri da altri toscani scrittori, ed altronde riconoscendone per fortuna molti ancor vivere per le bocche di altri popoli dell'Italia, credettero che Dante l'avesse indi raccolti e nella sua *Commedia* portati. Che è lo stesso fato appunto che avvenne ad Omero, il quale quasi tutti i popoli della Grecia vollero che fusse lor cittadino, perché ciascun popolo ne' di lui poemi ravvisava i suoi natii ancor viventi parlari. Ma sí fatta oppenione ella è falsa per due ragioni gravissime. La prima, perché doveva pure in que' tempi Firenze avere la maggior parte de' parlari comuni con tutte l'altre cittá dell'Italia: altrimenti, l'italiana favella non sarebbe stata comune anco alla fiorentina. La seconda è che in que' secoli infelici, non ritruovandosi scrittori in volgari idiomi per le altre cittá dell'Italia, come in effetto non ce ne sono pervenuti, non bastava la vita di Dante per apprender le lingue volgari da tanti popoli, onde, nel comporre la sua *Commedia*, avesse avuto poi pronta la copia di que' parlari che a lui facevano d'uopo per ispiegarsi. Onde sarebbe mestieri agli accademici della Crusca che mandassero per l'Italia un catalogo di sí fatte voci e parlari, e dagli ordini bassi delle cittá, che meglio

de' nobili e degli uomini di corte, e molto piú da' contadini, che meglio de' piú bassi ordini della cittá conservano i costumi ed i linguaggi antichi, ed indi informarsi quanti e quali ne usassero, e in che significazione l'usassero, per averne essi la vera intelligenza.

Il terzo riguardo perché è Dante è da leggersi è per contemplarvi un raro esemplo di un sublime poeta. Ma questa è la natura della sublime poesia: ch'ella non si fa apprender per alcun'arte. Omero è il piú sublime poeta di quanti mai appresso gli son venuti, né ebbe alcun Longino innanzi, che gli avesse dato precetti di poetica sublimitá. E gli stessi principali fonti che ne dimostra Longino non si possono gustare se non da coloro a' quali è stato conceduto e dato in sorte dal cielo. Sono essi, gli piú sacri e gli piú profondi, non piú che due. Primo, altezza d'animo, che non curi altro che gloria ed immortalitá, onde disprezzi e tenga a vile tutte quelle cose che ammiransi dagli uomini avari, ambiziosi, molli, dilicati e di femmineschi costumi. Secondo, animo informato di virtú pubbliche e grandi, e sopra tutte di magnanimitá e di giustizia. Come senz'alcun'arte, ed in forza della sublime educazione de' fanciulli ordinata loro da Ligurgo, gli spartani, i quali per legge eran probiti saper di lettera, davano tutto giorno e volgarmente in espressioni cotanto sublimi e grandi che ne farebbono pregio i piú chiari poeti eroici e tragici darne di poche simiglianti ne' loro poemi. Ma quello che è piú propio della sublimitá di Dante, egli fu la sorte di nascer grande ingegno nel tempo della spirante barbarie d'Italia. Perché gl'ingegni umani sono a guisa de' terreni, i quali, per lunghi secoli incolti, se finalmente una volta riduconsi alla coltura, dánno sul bel principio frutti e nella perfezione e nella grandezza e nella copia maravigliosi; ma, stanchi di essere tuttavia piú e piú coltivati, gli dánno pochi, sciapiti e piccioli. Che è la cagione perché nel finire de' tempi barbari provvennero un Dante nella sublime, un Petrarca nella dilicata poesia, un Boccaccio nella leggiadra e graziosa prosa: esempli tutti e tre incomparabili, che si debbono in ogni

conto seguire, ma non si possono a patto alcuno raggiungere. Ma de' tempi nostri coltissimi si lavorano delle belle opere d'ingegno, nelle quali altri possono ergersi in isperanza, non che di raggiungerli, di avvanzarli.

A tutto ciò, cred'io, avendo avuto riguardo N. N., ha scritto le presenti *Annotazioni alla « Commedia » di Dante*, nelle quali con quel difficil nesso di chiarezza e di brievitá fa verisimile la storia delle cose o fatti o persone che vi si mentovano dal poeta; — spiega con ragionevolezza i di lui sentimenti, onde si può venire in cognizione della bellezza o leggiadria, dell'ornamento o dell'altezza de' di lui parlari (che è la maniera piú efficace per conseguire la lingua de' buoni scrittori, con entrare nello spirito di ciò che han sentito e che essi han voluto dire: onde nel Cinquecento per tal via riuscirono tanti chiarissimi scrittori latini, ed in prosa ed in verso, innanzi di celebrarsi i Calepini e tanti altri dizionari); — trallascia ogni morale e molto piú altra scienziata allegoria; — non vi si pone in catedra a spiegare l'arte poetica, ma tutto si adopera che la gioventú il legga con quel piacere che gustano le menti umane, ove, senza pericolo di nausearsi, apparano molto in brieve da' lunghi commenti, ne' quali i commentatori a disagio sogliono ridurre tutto ciò ch'essi commentano. Perciò le stimo utilissime in questa etá particolarmente, nella quale si vuol sapere il propio delle cose con nettezza e facilitá.

III

COMMEMORAZIONI, ALLOCUZIONI, ELOGI

I

PEL RITORNO IN ISPAGNA DI DON FRANCESCO BENAVIDES CONTE DI SANTISTEBAN DEL PUERTO VICERÉ DI NAPOLI

Oratio premessa ai *Vari componimenti* raccolti in quell'occasione da Nicola Caravita.

(1696)

Si, excellentissime princeps, pro tuis summis, praeclaris atque immortalibus beneficiis in nostram civitatem perpetuae utilitatis caussa collatis, gratias, ut officii ratio postulat, omnium ordinum nomine agere velimus, veremur ne tuorum erga nos meritorum copiae, nostra inopia dicendi, amplitudini orationis exilitas, immortalitati perquam breves nobis ad id munus persolvendum angustiae temporis circumscriptae, non parva, immo maxima ex parte sint detractura. Etenim quae tanta potest usquam existere ubertas ingenii, quae tam incredibilis ac adeo rara divinitas, ut universa tua, quibus nos ornatos voluisti, promerita, si minus verbis, queat mente saltem et cogitatione complecti?

Quandoquidem, ante tua, seu potius nostra, felicissima tempora, obvenerunt certe nobis clarissimi atque ornatisimi viri, qui, in hoc regno gubernando, potentissimi nostri Hispaniarum regis vices ita in aliquo regiarum virtutum genere praeclari gesserunt, ut apud nos honestissima sui vicarii principatus monumenta reliquerint. At, si eos omnes tecum conferamus,

si omnia temporis anteacti discrimina cum his comparemus, in quibus civitas nostra, undequaque periculi, timoris atque solicitudinis plena, dudum versata est, ac ab iisdem a te, singulari studio atque opera, summa prudentia atque authoritate, liberata; tu prae ceteris omnibus nostrae patriae columen, tu nostrorum civium servator nobis omnibus videris divinitus obtigisse. Qui, cum in Europa universa omnia gravissimo truculentissimoque bello perculsa ac prostrata iacerent, pacem, ocium, tranquillitatem in hoc regno atque in hac urbe, regni arce, fovisti. Qui crudelissima funestissimaque peste, intra hosmetipsos regni terminos advecta ac iam saevire coeptante, aëris salubritatem coelique clementiam urbibus morbo affectis restituisti, urbibus a morbo immunibus conservasti. Qui, cum omnia de meliore nota bonarum artium ac utilium scientiarum studia tam misere tanque foede iacerent, ut de nominis gloria, cui apud quamlubet exteram doctissimam nationem comparandae innumeri nostrum toto pectore, omni studio incumbebant, iam haec urbs, non sine querelae admixtis lacrymis, desperaret, optimo literarum generi favisti, egregiae civium laudi consuluisti, summae nostrae civitatis amplitudini providisti.

Itaque maiores omnes, qui summum istum honoris gradum summa etiam cum laude obtinuerunt, ea nobis praestiterunt officia, quae principes, quamvis ad id rara atque insigni virtute opus habeant, tandem aliquando tamen praestare possunt. Cuiusmodi ea fuere: facinorosae ac infestissimae exulum turmae, agros depopulantes, per publicas vias grassantes, pagos minoresve urbes vastantes, extirpatae omnino ac deletae; — annonam porro omnium exculentorum poculentorumque uberrimam sartam tectanque servare; — iudices denique ac magistratus integrae probitatis ac fidei, summae doctrinae ac diligentiae, curiae foroque proponere. Quae quidem optima priorum principum munera vel singula quippe singulos ad summum atque amplissimum laudis honorisque gradum extulerunt. Tu vero, praeter haec omnia officia, ea in nos etiam beneficia contulisti, quae principes, nonnisi divina quadam virtute praediti, atque adeo supra optimorum principum conditionem

evecti, conferre subditis possunt. Quibus pro tantis rebus nullum luculentius honoris insigne, nullum grati animi monumentum perennius tibi dicare possumus quam ipsorummet tuorum beneficiorum memoriam sempiternam.

Itaque nostra perpetua recordatione, nostris sermonibus per omne aevum posteris nostris quasi per manus tradentis, excolemus haec quae de te modo proponimus: fortissimum ac sapientissimum principem Franciscum Benavidium, ob cives neapolitanos tum a periculosissimo bello, tum a funestissima peste servatos, atque ob praeclarissimum bonarum literarum patrocinium susceptum, nostrae patriae patrem meritissimum extitisse. Modo a te maximopere, pro tua eximia erga nos munificentia, etiam atque etiam rogamus precamurque ut tuorum affectuum moderatio cedat praeclarorum facinorum amplitudini et lubeat nobis tecum singula haec divina beneficia, tum ad grati nostri, cum ad tui magni animi laetitiam excitandam, recensere. Quamobrem a primo, et quidem maximo, quo nostra civitas a bello servata est, exordiamur.

Semper arbitrati sumus, princeps excellentissime, illud ad imperia administranda vehementissime pertinere: quam nimirum famae opinionem subditi ac exteri, amici atque hostes de principe habeant; eosque in rerum summis regendis, ceteris praestare, qui authoritate plurimum possunt. Idque nobis tuo exemplo mirum in modum est confirmatum, qui, gravissima fultus virtutis opinione, ad regnorum regimen iis semper temporibus delectus ac missus es, quae principem supra omne cogitandi genus in laboribus industrium, fortem in periculis, cautum in consulendo, in agendo expertum desiderarent. Testis est Sardinia, quae a maximis civilis belli periculis, tua virtute, consilio atque opera, est mirifice liberata. Testis est Sicilia, quae, cum adhuc tetri, foedi execrabilisque Mamertinensium belli reliquiis vexaretur, tuo adventu, praesentia tua, tranquillissimo ocio est restituta. Testis est neapolitanum regnum. At quantae authoritatis tuae testis est! Bellum supra hominum memoriam acerbissimum gloriam nominis hispani, innumera

sociorum principum imperia, sexcentarum rerumpublicarum salutem, fortunas denique totius Europae in discrimen vocavit: pro quo vel propugnando vel oppugnando, nulla est nostri orbis terrarum gens, nullus populus, nulla natio quae in arma non ruat. A Gallis hostibus sunt quamplures Aphricae reges, est et potentissimus totius Asiae, reliquae Aphricae ac magna ex parte Europae tyrannus, Turcarum imperator. Pro nostris Hispanis stat Angliae rex, stat Batavorum respublica, stat Allobrogum dux, stant plures summi germanici imperii principes. Hinc in Belgio ac Germania bellum, bellum in Hispania et Gallia, in Italia denique bellum, totis viribus, toto conatu, committitur. Itaque nulla in Europa regio est quam bellum non corrumpat, non perdat et, quasi flamma, non urat: undique damna, undique calamitates, undique exitia; nihilque tam grave, tam durum, tam acerbum quod non haec florentissima orbis terrarum pars terra marique perpetiatur. At quis unquam ad nostri regni oras strepitus armorum advenit? quaenam hostilis tuba ad arma ciere viros audita est? quodnam explicatum signum visum est procinctum armorum innuere? Appulit quidem ad nostras maritimas oras munitissima Gallorum classis, immo etiam in Interiori pene mari, et plures dies, et e regione huius urbis est immorata. At quo modo appulit? quo modo immorata est? Non aliter quippe, ac si amicissimorum sociorum tutamen esset ac propugnaculum. Tantane, Deus immortalis, est apud hostes de te opinio, ut adversum eos vel sola authoritas tua firmissimi certissimique nostrum praesidii loco sit et habeatur?

Magna sunt haec tuae authoritatis, lubeat proferre, miracula. At quanto illa providentiae maiora! Cum enim regium aerarium esset pene exhaustum, publica vectigalia prope essent absorpta, maxima a te subsidia ad maximum bellum, cuiusmodi erat alpinum, mirifice missa sunt, ut arma armorumque incommoda omnino procul a nobis nostrisque finibus distineres. An ideo civitas nostra in aliquas rerum difficultates coniecta est? an in angustias regnum redactum? Nil istorum minus. Immo, incolumi sueta rerum ubertate atque

abundantia, nobis nova vitae commoda, quae quidem tantum in se continent utilitatis, quantum fortasse nulla res praeterea, tua singularis atque eximia providentia attulit. Etenim, cum nostratis pecuniae conditio eo falsatorum fraude devenisset ut iam nulla fere esset perpetua aestimatio, quam eidem principes, maximis permutationum difficultatibus obvenientes, publica authoritate dederunt, iam una, et quidem potissima, ex iis rebus deficiebat, quae reipublicae tum domi, tum foris firmissimi sunt certissimique nervi ac lacerti. Tentavit quidem, ut sua stet cuique laus, excellentissimus vir Gasparus Haro-Gusmanus novis falsificatu difficilioribus typis tanto civitatis privatorumque incommodo occurrere: verum, argenti difficultate, exitum res non habuit. Sed quod vir authoritate clarissimus, dum pax omnia teneret, absolvere haud potuit, tu, maximo bello premente, ut illud a nobis arceres, ad finem oppido perduxisti. Et haec tamen, quae de aliis summis viris tanquam maxime rara et egregia authoritatis ac providentiae facinora dicerentur, vulgaria sunt ac minora tuae virtutis exempla. Illud enim, illud tuae incredibilis ac omnino heroicae fortitudinis specimen, cui nulla par oratio inveniri usquam potest, non sine maxima admiratione atque summo animi stupore in medium proferamus.

Clarissimus atque amplissimus magister militum Didacus Benavidius, cuius ut laudes brevi atque eleganti verborum ambitu colligamus, filius te patre dignus, ea aetate quae vulgo est iudicii, prudentiae gravitatisque vel omnino expers vel plurimum inops, iamiam omnibus imperatoriis virtutibus animum mentemque ornans, maximumque Hispanorum nomini ac regiae Benavidiorum genti decus ornamentumque promittens, a te, credite posteri, a te, inquimus, pro hispanici imperii atque ita etiam pro publica nostrum omnium salute, Gallorum hostium furori in alpina illa nobis semper detestanda caede devotus est. Et devovisse parum adhuc tibi visum est, ut satis regi, satisque regnis faceres, nisi etiam incredibili animi fortitudine devovisses. Tenemus namque, nec erit unquam ut eius oblivisci possimus, tenemus illam aeternitati

monumentorum dicandam orationem, qua, potius quam te ipsum, alios, de immatura ac satis superque acerba lectissimi filii tui morte moerentes, solari solitus es: te tunc demum clarissimum filium vitae atque aeternitati dedisse, cum pro suo rege eiusque regnis tuendis clarissimam mortem obiret. O virum inter heroas accensendum! O patrem aeterna laudatorum virorum laude dignissimum! O principem supra omnes patriae patres de republica meritum, qui tot, tantis ac tam praeclaris virtutibus, pacem, a ceteris Europae urbibus regnisque aut fugatam aut eiectam, intra huius urbis moenia, intra huius regni terminos asservasti. Ecquod maius atque optabilius beneficium ipse Deus Optimus Maximus hominibus, dum terras colunt, conferre potest quam pacem, qua non modo ea quae aliquo sensu sunt praedita, sed etiam tecta atque agri laetari videntur? Quid dulcius atque gratius quam ocium, quod ita iucundum est ut fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet ut aliquando in eo vitam degere possit? Quid denique e republica magis aptum et commodum quam tranquillitatem, ad quam tutandam omnes principum curae, omnes optimatum operae, omnia populorum studia sunt ordinata?

Verum ad aliud maius diviniusque beneficium, nimirum illud quo nos a pestilentia liberatos voluisti, deveniamus. At quod tam grave ac ornatum orationis genus invenitur, quod, ut par est, tantum tuae virtutis munus verbis complecti possit? Quandoquidem adhuc recens apud nos est funestissima memoria crudelissimae illius cladis, quae quadraginta abhinc annis hoc regnum atque hanc urbem, hominum florentissimam, hominibus pene hausit. Vel ipsi enim hisce oculis non sine amarissimis lacrymis vidimus, vel a maioribus natu non sine maximo animi dolore accepimus, pestiferam illam tabem tam misere hoc regnum, hanc urbem effecisse, ut ubique locorum languentes aegri iacerent, quos, omni communis remedii ac peculiaris auxilii copia desperata, anxii malorum comites, angor, moeror ac gemitus, affligebant. Vidisses hic exanimos pueros supra exanimata parentum cadavera iacere; ibi super

natorum corporibus parentes agere animas; alios, qui, morbi mortisque metu, vel etiam suos visere fugiebant, in ipsa fuga morbum mortenque offendere; alios, qui magis pii aegris praesto erant, in adhibenda ipsa medelae aut auxilii opera occumbere. Ita crudelissima pestilentia, omnia loca ac tecta complens, nullo corpora humandi ritu, nulla coeremonia servata, innumera funeribus funera cumulabat. Quamobrem, cum haec tanta urbium clades, hoc populorum exitium tam acerbum, haec humano generi adeo infensa pernicies aliquas Apuliae provinciae urbes sex abhinc annis afficeret, omnium nostrum animi iacebant, consistebat mens nulla, omnes summo timore atque acerba solicitudine vexabamur ne miserrima atque amarissima prioris pestilentiae exempla renovata videremus. Neque in te ipso, sit pace tua dictum, aliquam praesidii aut salutis spem collocabamus. In ea nanque eramus opinione humanam prudentiam humana duntaxat negocia regere posse ita ut, quae extra humanarum rerum cursum nobis e sententia acciderent, ea felicitatis potius eventa quam virtutis facinora arbitraremur. At, te authore, experti sumus posse tandem aliquando prudentiam eo divinitatis accedere ut elementis etiam ac naturae imperaret. Etenim ea argumenta summis vigiliis et curis, incredibili diligentia atque opera adhibuisti ut effraenatum ac praecipitem luis furorem non intra illam provinciam duntaxat, sed intra illius provinciae certas urbes contineres ac brevi tempore omnino etiam extingueres.

Itaque, ut primo amplissimo beneficio in nos collato tecta, bona ac fortunas, ita et hoc aeque maximo coniuges, parentes ac liberos retinemus, ut illo urbem, ita et hoc vitam. Cognoscamus nunc vero quomodo alio prioribus non minore nominis famam retineamus. Neque parva neque parvi pendenda, absit tamen rebus dicendis iactatio, sunt ornamenta, et habentur, quae nostram inter ceteras orbis terrarum urbes praeclaram ac nobilem faciunt. Primum nanque a natura ea caeli clementia donata est ut prae omnibus reliquis haec ora, haec regio « felicis Campaniae » nomen omnium ferme consensu obtinuerit. Ea soli ubertate locuples facta ut, a fertilitate

agrorum et a varietate fructuum poëtarum fabulis locum faciens, « Bacchi et Pomonae certamen » sit appellata: ea denique situs amoenitate praedita ut nostrae villae a curae moerorisque cessatione graeca nomina fecerint. Verum has omnes omissas facimus laudes, una cum iis quas eventu felicissime adepta est; quarum quippe illa non ultima: adeo antiquos fundatores habuisse, ut historicis ad fabulas confugere opus fuerit eamque a Sirene fundatam fuisse narrare. Mittimus descriptionem aedificiorum et pulchritudinem, mittimus incredibilem incolarum accolarumque numerum. Quid illa vero necessaria ac aeterna in virtute posita et locata ornamenta, quibus civitatem aliquam spoliare immo minima ex parte minuere scelus est, a quo nulla sunt scelera quae non absint? Etenim, iis nudata, respublica, non modo nullius nominis, nullius famae omnino ingloria vivit, sed et vivit omni dedecore, omni turpitudine, omni infamia notata. Quid, inquimus, erga Deum religio, erga principem fides, erga virtutes, sive mentis eae sint sive animi, studium et amor? anne aliqua civitas ita de religione merita est, ut eidem nostra cedere debeat? an usquam terrarum, ut hic, tam rara tanque mira ergo religionem liberalitatis ac munificentiae exempla visuntur? ubi enim tot extant, ob venustatem atque elegantiam, admiratione dignissima templa? ubi par copia caelati argenti atque auri sacrorum usui destinata? ubi Deo divisque tot gemmarum ac vestium oblata preciosissima munera? Quae omnia sunt nostri summe religiosi animi luculentissima firmissimaque argumenta.

Nihil insuper est ut in re maxime perspicua et aperta immoremur atque recenseamus innumeras familias, gentes, nobilitate sive pace sive bello parta, clarissimas, quae nostrorum civium erga nostros principes integram ac praeclaram fidem luculenter confirmant. At bonarum literarum studia quanta in hac urbe omni memoria floruerunt? Quandoquidem vetustissimum id est nostrae civitatis decus: non mediocri aut vulgari, sed optimo atque eximio quoque artium scientiarumque genere omni tempore praestare ac excellere. Etenim, ipsis Athenis florentibus, prudentissimi ac sapientissimi cives romani, nostram

urbem Athenas italicas arbitrati, huc nobiles adolescentes optimis literis instituendos mittere consuebant. Eiusmodi studia semper nobis usui, semper delectationi fuere; ab iis nostrae civitatis laus excelso illustrique loco semper posita est; per ea amplissimum honoris locum apud reliquas semper est consecuta; iis denique debet quam sibi antiquam atque aeternam famae gloriam comparavit[1]. Verum quae ex hisce studiis comparata gloria nostram civitatem in praesentiarum ornaret? qui honor nostros cives tueretur? quae laus nostra nomina efferret? quae delectatio animos nostros afficeret? qui denique usus nobis omnibus esset, nisi scientissìmus atque acerrimi vir princeps iudicii nos inter quasi e caelo divinitus descendisset et praesentissimum huiusmodi studiorum patrocinium suscepisset? quid nos igitur non hoc potissimum inter tua maxima beneficia accepto referimus, cum haec vera atque immortalia nostrae civitatis ornamenta, optimorum studiorum ope acquisita, nostrae civitati, te patrono, sint conservata? Tu enim bonas literas ad te, utpote ad suum praesidium confugientes, amplexibus excepisti; tu summa authoritate in tuo sinu fovisti; tu doctissimo iudicio in republica confirmasti.

---

(1) In una precedente stesura manoscritta (sulla quale cfr., in fine del presente volume, la *Nota bibliografica*) il testo continuava così: « Haec quae, vera non simulata cognitione rerum, mentes exornant: horum ope iudices summa aequitate, non iactabunda memoria imbuti, sententias dicunt; medici non crudelissimo cruciatu, sed miti ac iucundo pharmacorum genere morbis medentur: iis denique maxima haec beneficia accepto sunt referenda, quod ab agendi licentia animos, ab errore cogitandì mentes, a quampluribus incommodìs corpora vindicarunt. Sed quid nos qui non illa potius inter tua maxima beneficia referamus, cum, te auspice, omnia haec summa atque immortalia nostrae civitatis ornamenta nostrae civitati sint conservata? ». Senonché, come avverte in margine lo stesso Vico, il Santostefano, al quale, prima di procedere alla stampa dell'*Oratio*, venne mostrata l'anzidetta stesura manoscritta, « segnò col lapis » le righe ora trascritte, mostrando, con ciò, desiderio che venissero emendate: ragion per cui a questo passo l'autore sostituì l'altro: « Verum quae ex hisce studiis... te patrono, sint conservata? », che si legge nella definitiva stesura a stampa (Ed.).

Etenim in huiusmodi studiis honestandis adeo exploratum est te nullum beneficii genus praetermisisse, ut praeclarissimos eodem studiorum genere viros maximis honoribus gerendis proponeres. Et dubitatur adhuc eos, qui rebuspublicis praesunt, optimo quoque scientiarum genere apprime imbutos ac eruditos esse oportere, cum nonnisi doctissimus ac eruditissimus princeps bonas litteras, summa cum earum laude, intra hanc urbem tueri poterat, et nostrorum civium famam, nomen et gloriam apud exteros populos conservare?

Itaque, si fundatores huius civitatis carissimos habere debemus, quod moenia nostrae urbis sub clementissimo caelo, in uberrimo solo, amoenissimo situ fundarunt; si maiores nostros summo honore prosequimur, quod pulcherrimis aedificiis, amplissimis aedibus, magnificentissimis templis nostram urbem ornatam fecerunt; si erga parentes magna afficimur reverentia, quod ab iis nobis vita, patrimonium, civitas tradita est; si nostros praeceptores veneramur, quod eorum doctrina animos optimis moribus institutos, mentes interioribus literis eruditas habemus: qui amor, qui honor, quae reverentia, qui cultus tibi, excellentissime princeps, praestandi, qui, cum a maximo bello hanc civitatem liberares, tecta urbis, bona, fortunas, salutem omnium a ferro et flamma tutatus es; cum a nobis teterrimam pestilentiam arceres, coniuges, parentes, liberos, vitam omnibus conservasti; cum denique optima literarum studia secundares, cunctis nostrum nomen, famam, gloriam reddidisti? Quare, cum fundatoribus multa, maioribus magna, innumerabilia parentibus, maxima nostris praeceptoribus debeamus, omnia modo tibi profitemur, quod quae antea singula ab illis obtinuimus beneficia, universa, tua scientia, virtute, authoritate, retinuimus. O quam olim nobis infensa, tam nunc iucunda nostrae urbis pericula, a quibus tanto numine liberati, incredibili quadam hac pene divina laetitia voluptateque fruimur! Etenim optimarum literarum studia nobis semper clarissima visa sunt: haec tamen confirmata illustriora videntur quam si pene obscurata non essent. Dulce est parentes habere, uxores ducere, filios suscipere; at non tanta voluptate isti nobis

acquiruntur quam quum, acquisiti ac prope deperditi, restituuntur: magnam res familiaris sua cuique delectationem affert. Incredibilem publica bona laetitiam continent; maximam ipsa patria caritatem voluptatemque praesefert: at haec quanta sint, nunc tandem nos nostrique omnes experti sumus, cum ea sit humanorum bonorum conditio ut magis aliqua offensione interrupta quam aequabili perpetuaque fortuna percepta delectent. Nec certe minorem delectationis, laetitiae ac voluptatis fructum tanta nostrae urbis discrimina tuae praestanti virtuti attulerunt. Quo nanque modo, nisi illa fuissent, tam clara authoritas, providentia tam mira, tam incredibilis animi fortitudo, prudentia tam eximia, doctrina tam singularis, maximum quaeque sui specimen dare potuisset? quomodo omnis tua virtus virtutis voluptatem cepisset, quae in ipsa virtute exercenda est collocata?

Verum tantis virtutibus tanta beneficia in nos omnes collata quibus officiis remunerabimur? quando parem gratiam referemus? Non est, ingenue fateamur, non est ut haec consequi, immo sperare possimus: quando ea nos meritorum copia devinxisti, ut nobis non modo nullae ad referendas, immo ne ad agendas quidem pro iis omnibus tibi gratias vires aliquae suppetant. Itaque nullus summae nostrae erga te gratitudini reliquus fit locus, nisi quod nostra nostrorumque omnium posterorum memoria celeberrima tuorum beneficiorum fama aletur, crescet atque per omne aevum inveterascet. Nec erit usquam quod nostros nostrorumque animos frangere aut debilitare unquam possit, cum hanc ipsam urbem tuorum beneficiorum testem apertissimam esse videamus, quae si loqui posset, non in aliam quam in hanc de tua divina munificentia orationem prorumperet: — Tua virtute haec moenia, haec tecta mihi consistunt; tua munera sunt aedium pulchritudo, regionum forma, templorum magnificentia; tua dona incolarum copia, civium humanitas ac doctrina, regni dignitas et maiestas. Quare, dum haec omnia mihi maxima ornamenta constabunt, constabunt simul tuae maximae erga me munificientiae certissima

monumenta. — Cum igitur hanc urbem, hoc regnum ita egregie, ita honorifice rexeris ut tuus vicarius principatus nil aliud fuerit nisi constans ac perpetua nostrae salutis, fortunae ac famae defensio, modo tecum precibus quam diligentissime agimus ut omnia beneficia, quae apud nos collocasti, apud nostrum potentissimum regem conservata esse velis, et (quod minime fieri posse arbitrabamur) ad tua maxima in nos omnes merita maximus omnium hoc tuo facto cumulus accedat.

II

NEI FUNERALI CELEBRATI IN NAPOLI A CATERINA D'ARAGONA DUCHESSA DI SEGORBIA

MADRE DEL VICERÉ DON LUIGI LACERDA DUCA DI MEDINACELI

(*In | funere | excellentissimae | Catharinae Aragoniae | Segorbiensis ducis &c.* | *Oratio* | *a* JOHANNE BAPTISTA a VICO | *cive neapolitano* | *habita* | *Neapoli sexto kal. maij anno CIƆIƆCXCVII.* Inserita nella miscellanea pubblicata in Napoli per l'occasione da Nicola Caravita e Federico Pappacoda.)

Luctuosa quidem atque omni tristitia gravis dicendi occasio. Acerbus sane atque omni moerore plenus officii locus is est, quem hodie nobis, in amplissimae ac praeclarissimae Catharinae Aragoniae funere, extrema fata parum admodum nobis aequa obtulerunt. Quarum rerum altera, quae in actae vitae laudatione posita est, prae laudum amplitudine, quae longe lateque se pandunt ac caelum ferme gloriatione contingunt, maximis difficultatibus impeditur; altera, quae est in mortis collacrymatione locata, prae acerbitate vulneris, quod in animis uniuscuiusque nostrum infligit, cuncta consolationum genera respuit: atque cum haec, tum illa ita inter sese ultro citroque adversae ac pugnantes ut altera alteram non modo non excipere, sed omnino etiam excludere ac prohibere videatur.

Etenim qui fieri potest ut illius principis laudationi commode sit usquam locus, cuius obitus innumera et quidem florentissima oppida, quamplures urbes pacis ac militiae studiis nobiles ac praeclaras, non paucas provincias maiorum gloria,

legibus atque institutis insignes, quae omnes eiusdem ditione tenebantur, ita moleste et graviter angit ut nemo unquam ex ulla calamitate tristitiae plus hauserit ac doloris? Quaenam oratio illius magnatis acta gestaque undequaque virtute summa ac eximia dignitate plenissima apte exornare ac decenter potest, cuius mors amplissimum hispanorum procerum ordinem tanti moeroris acerbitatisque complevit, ut ii omne decus ac ornamentum ordinis sui penitus amisisse videantur? Quodnam denique ingenium in illius matronae laudibus ita, ut aequum est, detineatur, cuius interitu celeberrima ac imperio reipublicaeque opibus potentissima Hispania, immo ipsa hispanici imperii maiestas, molestiae plurimum ac doloris suscepisse intelligitur, quod tantam antiquae virtutis matrem amiserit, quae filium omnium maxime de republica meritum reipublicae dederit? Quin etiam aegritudinis, qua afficitur Hispania, arx et caput imperii, socia fidissima sunt quotquot reliqua regna regi Hispanorum maximo subiiciuntur, quae omnia vim doloris minime sustinent, quod illa e vivis excesserit officiorum beneficiorumque mater omnium optima, quae magnas ingentesque opes et copias in eo quam maxime voluit esse positas et locatas, ut vel tenuiorum egestatem levaret vel honestiorum confirmaret virtutem; summam vero existimationem summamque authoritatem in eo, ut apud potentissimum regem ac amplissimum regis senatum, bonorum omnium fidissimam clientelam ac firmissimum patrocinium usquequaque susciperet.

At nullum ex his omnibus regnum est quod aeque ac nostrum afficiat dolor et frangat: quandoquidem, praeter has omnes iustissimas de Catharinae Aragoniae morte dolendi caussas, nobis insuper est clarissimus atque amplissimus Ludovicus a Cerda, Caeli-Metinensium dux et vicarius huius regni princeps, maximum doloris incitamentum. Quis enim aequo animo ferat optimum principem, cuius omnia studia in publica nostrum omnium felicitate tuenda augendaque sita sunt, in hanc summam doloris acerbitatem coniectum esse prae tantae matris funere, quod est subiectis populis luctuosum,

primorum ordini triste, hispanico imperio molestum, regnis, quibus continetur, acerbum, ac denique bonis omnibus grave? Atque ipsum in casu tam adverso eo etiam solamine, quamvis miserrimo, nostrum caussa destitutum manere, quod, ut hoc regnum imperio tandiu a nobis exoptato regeret, ipsi non licuerit parenti optimae animam agenti praesto esse: ut et illa inter dulcissimi nati amplexus mortem obiret, et hic praesens matri amabilissimae officia suprema persolveret.

Tanto nos itaque premente ac undique obruente dolore, quid est ipsius vitam cum heroica ferme virtute actam laudibus exornare, quam memorare caussas tristissimi nostri atque amarissimi luctus, atque adeo crudum vulnus, quod medentium manus reformidat ac refugit, a penitioribus fibris tractare? quaenam proinde nostrae partes erunt? Equidem, quod ad me attinet, quo me vertam nescio: an tanta iactura nobis erit assiduis duntaxat, nec unquam defecturis lacrymis persequenda? Ita sane opinarer, nisi postularet officium supra lacrymas et complorationes, supra eiulationes et planctus, aliam, qua apte et decenter de tanto casu quaeramus, inveniendam esse rationem. Scio equidem maximorum etiam imperiorum iacturam hisce modis defleri solitam esse; verum id non sat est ut illa, quae supra omne imperium animo praestabat, digne collacrymetur. Sit itaque, sit nobis propositum lugendi exemplum ipse amplissimus ac praeclarissimus filius; et quemadmodum is, ut regio spiritu lugeret, hoc funus ita splendide ac magnifice instrui iussit ut omnem admirationem habere videatur, ita nos, ut viriliter lugeamus, iuvat acerbam adhuc refricare plagam, et qua datur ingenio praeterquam tenui ac imbecilli, dolore etiam exanimato et afflicto, facultate dicendi; iuvat, inquam, nostri acerbissimi doloris proprios ac ingenuos fontes accedere ac in ipsius veluti adyta penetrare: ita ut eo tota oratio nostra contineatur, quae vobis exponat Catharinam Aragoniam, laetitiae omnium natam, eae vitae cum dolore omnium raptam esse, quam, ut esset optata, suis commodis mirifice ornavit Fortuna; ut optatior esset, Natura suis ornamentis insigniter auxit; ut optatissima, suis bonis Virtus egregie cumulavit. Quae

tria dum expono, peto a vobis, auditores optimi, ut quanto hanc ornatissimam principem merito iure lugetis, tanta me de ipsa verba facientem aequitate attendatis.

Si illa quidem semper bonis omnibus de cuiusque obitu honestissima moerendi ratio visa est, iccirco alicuius mortem lugete eo quod eundem orbatum vitae commodis arbitramur, ardentissimas certe dolorum faces animis uniuscuiusque vestrum admotas esse necesse est, quod spectatissima Catharina Aragonia ea excesserit vita, quae etsi in una virtute, quod est summum, omnis posita esset, erat insuper cunctis omnibus fortunae ac naturae bonis, quibus cunctarum virtutum exercitatio omnisque usus continetur, usquequaque referta. Neque vobis audiri existimo illos vitae officiis instituendae praeceptores, qui, sola virtute contenti, cuncta reliqua non modo superbi despiciunt, sed etiam omnino invidi damnant: quandoquidem, ut, peculiari legi quae nobiscum nata est et « ratio » appellatur, ii homines adversantur, qui extra virtutem, ad quam vel unice vel praecipue nati sunt, rationem optatae vitae requirunt, ita universae legi ac aeternae, quae summa prudentia sapientiaque hanc rerum universitatem conditam esse iussit, aperte resistere videntur, qui bona omnia alius quam animi imperio subiecta, ad optatam vitam minime pertinere contendunt. Et sane qui prudentiae usus sine rebus haberi potest? quae liberalitatis ac magnificentiae exercitatio sine opibus copiisque? qui fructus fidei et comitatis absque amicitiis? quae sine iurisdictione iustitiae utilitas? quae sine imperio clementiae voluptas? quae humanitatis laus, nisi sit cum summo dignitatis honorisque gradu connexa? quae denique praeclara pudicitiae commendatio, nisi sit cum formae venustate coniuncta? Quare antiquam hac in re bene sciteque praecipientem philosophiam audiamus, quae et ipsa omnis optatam vitam in una virtute positam sentit, sed optatissimam illam existimat cui praeterea externa ad virtutis usum idonea bona adiungantur. Et quidem profecto, ne inclytae et caelestes virtutes in alto atque excelso nostrae heroinae animo inerti ocio fruerentur,

sed, ut fervidae erant et igneae, ita etiam operosae summam ac incredibilem exercendorum officiorum caperent voluptatem, divino quodam consilio factum est quod Fortuna ac Natura, cunctarum rerum externarum dominae, omnia illi, atque maxima bona, cunctarum quaeque virtutum usui destinata, suppeterent.

Atque inter innumera et maxima commoda, quibus Fortuna huius principis vitam ornavit, ut primum, ita summum habendum censeo illud: quod, ut ingenio ad praeclarissimas virtutes facto nasceretur, ea nata sit in Hispania, regione orbis terrarum immortali maximarum virtutum gloria commendata; ac, ut iisdem facile imbueretur, eos inter adolesceret qui ad summam religionem in Deum ac in amicos fidem, ad prudentiam et aequitatem eximiam, ad miram animi magnitudinem ac liberalitatem, moribus ac exemplis (quae semper ad efformandos animos habuerunt plurimum ponderis ac momenti) tacite eam essent hortaturi. Neque loci praestantia, ubi ea nata est, hoc duntaxat attulit commodum, sed aliud aeque magnum praeterea, ut nimirum ei, quae officiosissima ac beneficentissima futura erat, locus officia peragendi atque beneficia collocandi esset etiam amplissimus. Neque tanto ingenio ac facultati bene de aliis merendi ullus erat aptior locus quam Hispania, ubi illius officiis beneficiisque maiestas imperii orbis terrarum maximi tribueret amplitudinem, ac innumera hominum eo, vel ad petendos honores, vel ad ius suum exeperiundum, ab utroque terrarum orbe confluentium multitudo, perennitatem.

Verum multo praeclariora ad comparandas virtutes adiumenta, ac multo digniora earundem exercendarum commoda eidem summa generis dignitas attulit. Semper enim maiorum virtute clarorum imaginibus ad virtutem in posteris excitandam maximam vim tacite inesse putavi; atque ad ardua quaeque ac praeclara multo vehementius commovere domestica quam externa recte factorum exempla. Quam proinde egregie, si ita se res habet, in generoso Catharinae animo cuncta regiarum virtutum semina praeclarissimos eius maiores excitasse putandum est, qui ex amplissima Aragoniorum gente reges virtute praestantissimi prodiere. Et quam insigniter eiusmodi

seminum fructus adolescere curavisse, qui eiusdem praeclarissimi extiterunt parentes, maximi vir princeps consilii, Ludovicus Aragonius, et spectatissimae virtutis matrona, Mariana Sandovalia, qui tum dictis tum factis illam omni regiarum virtutum genere mirifice instituerunt? His authoribus, prudentia summa, iustitia eximia, inaudita animi moderatio, incredibilis fortitudo in illius animo ita inter sese sociatae sunt atque complexae ut eandem quovis maximo dominatu dignissimam fecerint.

At haec eadem regii generis dignitas quot insuper quantisque commodis has ipsas regias virtutes instruxit! Contulit enim praeterea magnas ingentesque opes et copias, amplas, tum agris uberrimas, tum hominibus florentissimas ditiones, summos dignitatis atque honoris gradus, regias sanguinis necessitudines, ac, ut reliqua missa faciamus, cum summis totius ferme Europae principibus lectissimas amicitias. Annon maximae ac satis superque affluentes eae habendae sunt facultates, quae innumeris beneficiis, hospitibus atque operibus splendide ac magnifice collocandis, excipiendis ac faciundis brevi annorum curriculo (eheu tantum fatis certum fuit illam terris ostendere!) sexies decies centena millia aureorum nummûm suppeditarunt? Annon Segorbiensium, Emporiensium et Castellanorum, ut de reliquis taceam, amplissimae sunt ditiones habendae, quibus solis freta, spectatissima Iohanna Folchia, fortissimi ac sapientissimi Alphonsi Aragonum ac Siciliensium regis uxor, ad regiam fortunam instructa et parata fuit? Annon summus honoris gradus censendus est inter principes amplissimi Hispaniae magnatum ordinis conscriptam nasci? Honos quippe omnium eorum, qui distribui possunt a regum maximo, maximus: utpote quo nonnisi donentur ii principes viri, qui et regio aut certe summo loco nati sunt, et maxime egregia pace belloque parta gloria praestantissimi claruerunt. Regias vero necessitudines quid ego commemorem, quarum, ut luculentissimum, ita omni dignitate plenissimum testimonium dicunt amplissima regna, quae ab Aragonia in augustissimam Austriam gentem sanguinis iure transmissa sunt? De reliquis, temporis angustiae et maiora

rerum aliarum argumenta me verba facere minime patiuntur. Sed honos tamen postulat, res ipsa flagitat, consensus vester cupit me illam commemorare, quam cum praeclarissima atque omnibus fortunae, virtutis ac gloriae rebus ornatissima Cerdiorum familia ipsamet Catharina Aragonia gravissimo ac spectatissimo viro, omnium virtutum principi, Ioanni Francisco a Cerda nuptui collocata conciliavit, quae tanta opum affluentia, tanta rerum gestarum gloria, tanta maximorum imperiorum maiestate praefulget, ut quodvis ei novum adquiratur imperium, nullum proinde novum decus aut ornamentum accedat. Non est, tandem, ut lectissimas amicitias cum summis totius fere Europae principibus testatas faciamus: quandoquidem eius rei ipsimet omnes, cum prae illius morte tantum solicitudinis ac doloris sustineant quantum ferri vix possit, ipsimet, inquam, sunt eius rei apertissimi testes.

Sed quid ego singula Fortunae bona atque commoda, quibus ipsa undequaque affluebat, consector et colligo, quasi vero ea oratione complecti aut memoria consequi possim? Tanta in ipsa augenda posuit studia, obsequens illius felicitati, Fortuna: a qua tamen Natura se vinci non passa est, quae non minoribus aeque eximiis bonis, quae corporis sunt et dicuntur, eandem voluit ad virtutes ornatam accedere. Nec frustra homines, opinione sapientium ducti, Naturam mentibus caelesti specie praestantibus digna corporum domicilia metari credunt, ut oris forma decusque membrorum in promptu posita occultam ac latentem animi pulchritudinem repraesentarent. Sed quam praeclare hunc Natura finem in Catharina Aragonia, nec ad aliorum exemplum est assecuta! Vos quaeso obtestorque, quibus eam adspectandi ac alloquendi sors contigit: dicite etiam ut in illa proceritas corporis, honos capitis, forma oris eximia non solum venustatem, sed dignitatem praeterea etiam praeseferrent; dicite ut aperta virtutum signa vidistis, in fronte gravitatis, lenitatis in oculis, in rubore verecundiae, in toto vultu modestiae, atque in integro corporis habitu sibi undique apto certae animi cum se ipso convenientiae, quod plane in ambiguo esset positum utrum illam magis vestris

mentibus virtus an obtutibus pulchritudo insinuaret; dicite, quum illa inter octo amplissimas filias eximia aeque virtute ac forma praestantes versabatur, ut eam oris maiestas principem prodidit, forma vero matrem celavit; dicite tandem quantas illius pulchritudini charites addiderunt actionis venustas, gravitas incessus, lenitas ac lepos sermonis, et quantum in iisdem positum esset usquequaque decorum, ut apertissima proinde significatio fieret magnam in illius animo adesse constantiam. Haec dicite, et quam gratas ex tam pulchro corpore venisse virtutes, et pudicitiam praecipue, nos sinite, ut aequum est, cogitare atque, una simul, eam collacrymare, in qua suis quaeque bonis ornanda Fortuna et Natura adeo certarunt egregie, quod illa ei dederit principem nasci, haec faciem principe dignam; illa generis dignitatem, haec oris; illa opes et copias, haec dives ingenium; illa cuncta virtutum adiumenta, haec animum ad omnes virtutes natum.

Sed iam tandem ad praestantissimas ipsius laudes, quae tantum in excelsiori ac illustriori loco, quam hactenus enarratae, sitae sunt, quantum animi virtutes Fortunae Naturaeque bona honore ac dignitate praecellunt, accedamus. At hic nolite expectare me singula eius officia a virtutibus derivata in unum veluti sinum colligere. Etenim, si in iis haereret oratio, ita multa sunt et magna ut me potius dies, vox, latera quam rerum argumenta deficerent. Verumtamen, ut omnia eiusdem praeclarissima facinora brevi comprehendam, faciam quod solent qui totius coeli, solis lunaeque, erronum ac inerrantium siderum aspectus in parvis globis effictos concludunt: in brevi verborum gyro cunctas ipsarum virtutum imagines, quo simpliciores describi possunt, amplectar. Sed quam ego sponsionem imprudens feci! Quasi vero Catharinae Aragoniae virtutes eiusmodi sint ut illarum effigies pictura verborum ac lumine sententiarum exprimi ullo modo possint, cum potius tanta praestent excelsitate, ut quemadmodum humanam naturam superant, ita omnem humanum captum excedant.

Nam, ut ab illa, quae caeterarum dux est, exordiamur, si humana prudentia summa esse dicitur et habetur, quae

aciem mentis acuit ut res futuras provideat, bonas inter ac malas delectum habeat, de his, quo pacto fugiendae sint, illis, quove adsequendae, sedulo consulat, atque, dum huiusmodi adhibet mens consilia, animum ita regit praeterea quod omnem expellat metum omnemve contineat cupiditatem, ne caeco huius vel illius ductu in errores labatur electio; si haec, inquam, humana prudentia summa dicitur et habetur, quonam eius, quam lugemus, prudentiam donabimus nomine? quodnam de ea proponemus exemplum? Quae futuras res, veluti praesentes ac tanquam oculis cerneret, ita animo et cogitatione percipiebat, easque adeo exploratas, adeo compertas, adeo perspicuas, ut illius coniecturae prope oracula viderentur. Quae sine ullo delectu in optimum quodque vi quadam ab optima mente illata ferebatur. Quae consilia ita in promptu posita habebat, ut facta, cum ab iisdem tempore secerni non possent, ipsius felicitati tribuerentur, quae, re quidem vera, ipsiusmet virtuti accepto ferenda erant. Quae denique deliberans non opus habuit ullum expellere metum, ullam continere cupiditatem, utpote in cuius animo non metus erat, sed diligens cautio eius quod vel nequioribus turpe videri posset; non cupiditas, sed summum desiderium eius quod vel nequissimis probari deberet honestum.

Magna de prudentia audivistis: sed de iustitia audietis maiora. Haec nanque illa praestantissima virtus est, fons et origo omnis commendationis et famae, sine qua nihil esse potest illustre, nihil praeclarum, nihil denique laude dignum. Haec est quae docet aequitate non violare homines, verecundia non offendere. Haec, aequabilitate et fide suam cuique tribuens dignitatem, societatem humanam munifice ac aeque tuetur. Haec, quum in sella curuli sedet, « iustitia »; quum sacris et caeremoniis vacat, « religio »; quum reipublicae navat operam, « pietas »; quum parentibus obsequitur, « reverentia »; quum amicos colit, « observantia »; quum reliquos homines etiam incognitos diligit, pleno suavitatis nomine, « humanitas » appellatur. At quam eximias et incredibiles ex unaquaque harum virtutum laudes Catharina Aragonia adepta est, et quam supra

humani ingenii captum praestantes! Verumtamen, ne longior producatur oratio, earum unam aut alteram prosequar, ac proinde reliquas, quantae eae sint, vestris ingeniis coniecturaeque committam.

Et quidem illas quae principe cum primis dignae iudicantur, religionem in Deum Optimum Maximum et pietatem in rempublicam seligere lubeat. Sed vereor ne sententiae ac nomina, quae sunt ad has virtutes perspicue exprimendas excogitata, minus expresse res in praesentia describant. Etenim honesta de Dei Optimi Maximi numine et mente opinio, pia caeremoniarum et sacrorum cura testata, illa virtus describi solet, quae in Deum « religio » vocitatur. At virtus quaedam religione maior dicenda est, qua Catharina Deum ex intimo sensu et ita singulariter diligebat ut cuncta aetate nullum transegerit diem quo Deum caste non adierit, sancte non adorarit, nullam vero rem in qua Deum ducem non sit secuta: adeo certam animo de summa Dei bonitate fidem concepit ut nullum incoeptum recte suscipi putaret nisi Deo prius rea voti fieret; nullum recte absolutum nisi voto ante concepto absolveretur; tanta in Deo colendo studia posuit ut aris, simulacris, donariis divûm templa splendide ac magnifice augenda curaverit: quamobrem haud minus Dei cultum ornatiorem sua largitate fecit quam fecerit suae venerationis exemplo sanctiorem. Quid vero illud, quod nobis reliquit, praeclarissimum antiquae pietatis in eo positum monumentum, quod amabilissimum filium filiasque iucundissimas Deiparae immaculato conceptui a prima cuiusque aetate devovit, atque illas regalis ornatus vice ac nitentis purpurae loco, quae tenella principum membra decebant, sub aspero vestitu, virginum more eo Numini sacratarum, integram infantiam degere voluit? Estne aliud pietatis aeque laude dignius, aeque dignitate praestantius argumentum? Haud sane videtur, et tamen adest; adest illius mirifica in egenos, Dei Optimi Maximi studio, largitas; adest in levanda tenuiorum inopia diligentissima cura; adest incredibilis afflictis pauperum rebus opem ferendi solicitudo. Inde est cur gaudeat se omnibus copiis abundare; inde habet quod laetetur cunctarum rerum

ubertate florere, ut ad quamplurimos fieri posset, qui rerum angustiis premerentur, maximi suae liberalitatis fructus promanarent. Hic omnia illius studia sita sunt: pauperes quaerit, egenos vestigat, tenuissimos consectatur; non rogata fert opem, sed rogat ferre; non explicatis afflictarum rerum caussis, sed, quaesito potius bene de aliis merendi colore, beneficia confert; nulla res impedimento est illius beneficentiae, nullum temporis momentum illius interpellat liberalitatem, nullus locus largitatem excludit.

Atque hac in parte orationis, in eam legem, quam principio mihi de virtutibus dicturo statui, invitus committo, cum unum aliquod illius incredibilis munificentiae facinus memorare eius virtutis magnitudo me cogat. Cum forte quadam, ut ibi moris est, certa officii ratio suasisset ut regio, et quam splendidiori eam principem deceret, ornatu concinnata domo prodiret, eidem egenus per Deum obsecrans stipem rogavit, quae, cum numeratu prompta non esset, ipsa minime ferens, quod vel hic unus in omni vita non esset benefaciendi locus, miro levandae egestatis amore ducta, maximam preciosissimi muliebris mundi partem, quinquies supra vicies millies aureorum nummûm aestimatam, stipis nomine illi erogavit. O viri disertorum optimi, optimorum disertissimi, laudate etiam atque etiam hoc egregium virtutis facinus; ac, si illud singuli ab cunctis suis partibus commendare haud possitis, laudet hic eximiam animi magnitudinem, ille incredibilem erga Deum amorem, alius admirabilem externorum bonorum despicientiam, alius singularem humanitatis adiuvandae voluntatem, atque ita omnes aeternis laudibus tanti facinoris exornate memoriam. Et nos ad eiusdem summam erga rempublicam pietatem gradum faciamus.

Chari quidem profecto habentur amici, egregie chari parentes, coniuges parentibus chariores, liberi cunctorum charissimi: sed omnes omnium charitates complexa est una ipsius charitas in rempublicam, quae tanta et adeo mirifica fuit ut aegre animo ferret (si tamen « aeger » dicendus est Catharinae Aragoniae animus tanta virtute formatus: sed, quando eiusdem

novis maximisque rebus deficiunt nomina, dicamus licet), ut aegre animo ferret se sic natam esse ut sexus conditione praepedita bene quid de republica mereri non posset. O miram erga publicam rem pietatem, qua non animadvertit se de ea satis superque meritam esse, cum eidem amplissimum ac praeclarissimum dederit filium, qui periculosissimis praefecturis fortissime gestis, gravissimis legationibus magnificentissime expeditis, summo imperatoris munere, quod in hoc regno summa cum laude gerit, splendorem ac decus imperii omnium maxime conservarit et auxerit! At non ei sat est dedisse unum. O magis miram erga publicam rem pietatem, cui non sat est dedisse unum, cum tamen iccirco tantam habeat admirationem quod unum dederit: si namque plures dedisset, non aeque tanta admiratione digna videretur! Unus enim ipsi erat ornatissimus filius, quo solo omne decus nominis ac omnis gloria praeclarissimae Cerdiorum familiae fulciretur; et tamen passa est — quid inquam « passa est »? — lubens consentiit ut munus in primis periculosum et anceps primum inter publica obiret et Neapolitanorum classi praeficeretur. Unus ipsi erat amabilissimus filius, cuius iucundissima praesentia sic oblectabatur ut eius iucunditatis fructui nulla voluptas conferri posset; et tamen, quia hunc desiderabat Italia vel amplissimum legatum vel summum imperatorem, tam aequo animo tulit huius, reipublicae caussa, adeo longinquam ac diuturnam absentiam ut, fato praeventa, praeclaram historiam rerum ab optimo filio optime gestarum, ipso narrante, minime audire potuerit. At rempublicam nullis meritis a propria virtute profectis ornatam putat. O maxime miram erga publicam rem pietatem, cui non videtur imperii maiestas propriis virtutibus non modo cumulata, quod est maximum, non modo aucta, quod magnum, sed ne ornata quidem, quod aequum; cum ad eam non modo honestate ornandam, non modo dignitate augendam, sed etiam gloria cumulandam omnia studia, omnia prorsus officia collocarit!

Ecquid enim sunt innumera illa, et quidem maxima, quae usquequaque obivit, beneficentiae munera, nisi cumulatae imperii gloriae luculentissima monumenta, cum ad ea suscipienda

hac laudabili opinione potissimum duceretur, qua existimabat quaecunque officia, ut sua cuique dignitas tribueretur, peregisset, ea ad imperii decus summopere pertinere? O saluberrimam hispanae rei universae opinionem, quae in huius animum induxisti ut cunctorum ferme omnium, qui Matritum ab universis ditionibus regi subiectis vel meritos honores petitum vel iuris sui experiundi caussa confluerent, se patronam praestaret! At quam quantamque patronam! cum de hoc eius patrocinio, etsi plurima bona atque ea quidem plurimi boni narrent, nunquam tamen se satis narrasse dicant. Nec quippe sibi satis dixisse videntur ut hoc eximium patrocinium, non implorata, sed ultro suscipiebat; neque id quorundam duntaxat, sed omnium; nec cum aliquo personarum discrimine, sed uno officiorum servato delectu, cum aeque bonam apud eam gratiam mererentur et qui summo et qui infimo loco nati essent, et qui commendatione virorum principum et qui sola illius fide freti ad eandem accederent: dum tamen aequa esset sui patrocinii exorandi in aequitate posita ratio. Neque etiam se satis dixisse putant, quod ad hosce omnes suis beneficiis honestandos sola honestate impelleretur; quodque, si haec adesset, nullum officii genus omitteret, sive in ipsa re, sive in honore verborum positum esset, quod ad eorundem commodum vel amplitudinem pertineret. Nec denique se satis dixisse intelligunt, ut in unoquoque officio suscipiendo nulla exceptione, aut laboris aut occupationis aut temporis, uteretur; ac, in eodem deinde persequendo, omnem operam, curam ac diligentiam adhiberet; ac, eo tandem absoluto, nullas omnino pateretur sibi beneficii nomine gratias agi, dictitans quae aliis mera beneficentiae munera viderentur, ea sibi esse absolutissimas iustitiae partes. — Audivimus — inquiunt — ipsi audivimus illam saepissime dicentem secum praeclare cum felicitate actum esse quod suus vir amplissimus primo imperii honore post regem donatus esset, ut nullum, quamvis maximum officii genus esset aut studii, nulla res, etsi supra modum ardua, quae vel ad utilitatem vel dignitatem omnium sibi veluti clientelae iure devinctorum spectaret, quam non aggredi, non

persequi, non denique perficere conaretur. Vidimus — aiunt — ipsi vidimus illam per divûm templa saepissime concursantem, amplissimos senatores nunc summa aequitate rogantem, nunc mira animi fortitudine expostulantem, ut ius unicuique suorum, ut ita dicam, clientum pro dignitate tribuerent.

Quid itaque interest quod maximis exercitibus fortissime non imperavit, cum tanta animi fortitudine praestiterit ut imperarent fortissimi imperatores? Quid quod in amplissimis regnis regis vices iustissime non gessit, cum tanta iustitia curaverit ut iis iustissimi viri principes praeficerentur? Quid quod suo exemplo neque in acie neque in foro erexerit aut militum aut iusdicentium animos ad praeclara sive fortitudinis sive iustitiae facinora, cum haec ipsa munera egregie impleverit officiis, quibus perfecit ut hi omnes meritis praemiis, quae virtutum incimenta sunt maxima, donarentur? Non erat sane, non erat virtus Catharinae Aragoniae huiusmodi, ut intra certos fines unius ditionis imperio subiectae exerceretur. Digna quippe fuit ut ad caput ipsius imperii orbis terrarum amplissimi versaretur sublimis, ut inde tranquillitatem, veluti vitam, in cuncta reliqua regna, maxima huius republicae membra, diffunderet. Quanta ergo? Non queo, auditores, statuere nec volo dicere: tristitiam universi imperii, tanta patrona orbati, malo vobis silentio coniiciendam relinquere quam oratione imminutam explicare.

Iam cognovistis, credo equidem, Catharinam Aragoniam tanta cumulatam iustitia, ut non sibi, sed Deo ac egenis; non suis, sed reipublicae ac bonis omnibus nata videretur. Itaque bonorum omnium, quibus erat a prospera florentique fortuna, non ad aliorum exemplum, exaggerata, quam sibi partem reliquam fecisse putatis? — Aut nullam aut pene nullam — vos mihi videor audire responsuros. O factum bene! quod in nostra heroina virtutes ita inter sese copulatae sunt et connexae ut alia ab alia separari non possit: quandoquidem summae illius iustitiae aeque summa animi moderatio se addiderit comitem. Atque hanc quidem eo maiorem in ipsa suspiciemus, quo maiora Naturae bona ac ornamenta Fortunae admirati

sumus. Quo enim in excelsiori se tollit locum felicitas, eo in altiorem pervenit apicem huius virtutis laus; cum eius hoc sit, ut difficillimum, ita praestantissimum munus quod obsequenti felicitati modum adhibeat. Et sane, ut id praestet, in eo totae ferme occupantur ancillantes illi virtutes, ita ut temperantia superbiam et immanitatem arceat atque facilitatem clementiamque contineat, modestia arrogantiam libidinemque prohibeat atque comitatem et pudicitiam complectatur. An expectatis ut ego ab unaquaque harum virtutum laudibus eam exornem, quam amissam collacrymamur? Nolite, vos quaeso obtestorque, nolite tantum meis humeris impar onus imponere, ac patiamini ipsas res potius omni verborum ac sententiarum ornatu nudatas accipere. Accipiatis itaque quod haec illius temperantia fuit ut non recti animi impetus rationi moderatrici non reluctantes obedirent, sed lubentissimi obsequerentur. Haec vero facilitas ut ipsa amplitudine, quam summo dignitatis gradu retinebat, quae stimulos invidiae praecipue admovet, hominum studia ad sui benevolentiam alliceret et excitaret. Clementia eiusmodi ut, si forte civium tranquillitatem nonnisi poenis in facinorosos irrogatis conservare posset, ei principem natam esse displiceret. Haec modestia ut quae faceret quaeque diceret, omnia ordine, modo ac specie quadam liberali faciebat dicebatque, quibus gravitatem cum humanitate coniunctam retineret. Haec vero comitas ut homines eam duntaxat vidisse et compellasse summum operae precium facerent. Pudicitia denique eiusmodi: sic virgo vitam degit ut nunquam nuptui se collocatum iri putaret, sic nupta ut semper morum virginem decentium memor esset, sic amplissimo viro orbata ut coniugalis vitae nunquam meminisset. Atque aliud agens in illam orationis partem incidi, ubi eram de alia illius virtute principe tractaturus: nimirum de incredibili animi fortitudine, qua mortem eorum quos unice diligebat reliquosque humanae vitae casus magno erectoque animo toleravit ac tulit. Neque conspiratio consensusque virtutum, quibus erat usquequaque referta, patiebatur, quae, secundis rebus, a voluptate, caeca virtutis inimica, victa non est, eam

adversis a dolore, hoste eiusdem apertissimo, frangi debere: immo desiderabat potius ut summa eius esset in omni vita aequabilitas, idem semper esset vultus, eadem frons semper esset.

Atque id quidem sane nostra heroina incredibili cum admiratione optimorum praestitit ac perfecit: quandoquidem tantam animo extruxit altitudinem excellentiamque virtutis, ut ibi, tanquam in specula excubans, omnia humana perspiciebat sic ut ei nihil improvisum accidere posset. Et, ut praeclara tantae virtutis pericula faceret, Fortuna ac Natura, quae magnam in utramque partem vim habent, eo simul etiam conspirarunt: etenim quemadmodum illam tot secundis rebus insigniter exornarunt ut iis innumeras et maximas caperet iucunditates officiorum, quamobrem esset apprime felix, ita eandem adeo afflictis fortunis perculserunt, ut proinde, pleno miserationis vocabulo, « orbata » dici deberet. Orbata, nimirum, parentibus amantissimis, orbata amabilissimo viro, quos ut oculos suos amabat, ipsis oculis octo ante mortem annos orbata. Orbata parentibus, maximis gravissimisque rebus spectatissimis, sed in primis probatis quod effigiem virtutis ac probitatis suae tantam filiam reliquerint. Orbata viro dulcissimo, qui cum ea amore summo summaque fide certavit. Orbata oculis, quos tanta humilitate in Deum, tanta comitate in supplices, tanta miseratione in pauperes dirigebat. Sed hae acerbae orbitates ab ipsa mira fortitudine cum animi laetitia compensantur, quam capit ex memoria, quod parentibus amplissimis omnem honorem, venerationem ac reverentiam, quam sunt meriti, praestitit: quod praeclarissimum virum, ut erat propter innumeras suavitates ingenii ac virtutis, singulari amore dignus, amavit; quod oculis nunquam accepit levitatum imagines, at semper simulacra virtutum. Quin etiam nunc tandem ait sibi datum esse vera humanae naturae munera obire: nimirum animum animo cernere, rationem ratione videre, et sic intueri virtutem et contemplari Deum, cum in homine summa omnis sit animi, in animo rationis, in ratione altissimum et maxime excellentem teneat locum virtus, quae sola hominem ad Deum propius visendum manuducit. Tantos illi

res adversae animos addiderunt ut, hisce dimicationibus cum adverso casu virtute factis, veluti umbratiles agens pugnas, sese pararet in extremo vitae discrimine morti adventanti vel obviam, si opus esset, procedere.

At mors, eheu miserum! in medio cursu iam advenit. Date hic, date, lacrymae, dictis locum, ac sinite me cum aliqua specie fortitudinis narrare mirum ac incredibile, quod ipsa dedit heroicae virtutis specimem, dum illam viriliter excepit, dum illam fortiter oppetit: sinite me narrare quo pacto, dum tot fortunae bonis, tantis naturae ornamentis ac tam iucundis virtutis officiis acerbissime rapitur, omnes excelsas atque invictas fortitudinis comites in alto atque erecto animo excitat, ita ut humanarum rerum despicientia omnia et maxima bona, quibus vitam habet, sic ut nihil supra, confertam, regio spiritu omnino contemnat. Constantia vero aequabilem vitae rationem ad supremum usque spiritum cum gravitate retineat. Patientia, ut acerbissimos dissolutionis naturae dolores alacriter perpetiatur; ac animi denique magnitudo tantam appetat rem, quanta ea est, non hominum, sed heroum more mortem obire. Et quidem sane eo magis admiratione dignam illius bonorum despicientiam facietis, quo maiora eiusdem vitae commoda memoria repetatis. Etenim, si iucunda vita est, quae inter homines antiquae virtutis degitur et in publica amplissimarum urbium luce versatur, iucundissima huius vita erat, quae inter Hispanos, homines eximiis ornatos virtutibus, et in arce imperii orbis terrarum amplissimi, agebatur. Si accepta eius vita est, qui splendorem ac dignitatem gentis posteritati mandare possit, acceptissima huius vita erat, qua, deficiente, principatus Aragoniae familiae, immortali gloria, virtute summa et antiqua regnorum maiestate praeclarissimae, deficiebat. Si grata vita est referta iis Fortunae bonis, quae ad honestatem sint satis, gratissima huius vita erat, quae tantis affluebat opibus copiisque ut ad regium splendorem, magnificentiam, liberalitatem ac beneficentiam rege dignas satis superque haberentur. Si optata vita est honesto dignitatis gradu cohonestata, optatissima huius vita erat honoribus in republica

omnium amplissima amplissimis cumulata. Magnas suavitates praesefert vita dulci matris donata nomine; at maximas vita huius, quam reverebantur matrem unus heros, octo heroinae. Dulcis vita est, quae diligitur propter multas suavitates ingenii; at dulcissima vita huius, quae propter innumeras praeterea iucunditates officiorum bonis omnibus chara erat. Chara vita est, quae laudatur a bonis; at charissima huius, de qua consentiens laus optimorum et incorrupta vox optime iudicantium de excellenti virtute eo magis et magis crescebat, quo longius eius aetas produceretur.

Ecquis forti animo praeditus, cum ei tot tantaeque vitae iucunditates, suavitates, charitates ob oculos ponerentur, mortis metu non frangeretur? Et tamen nostra heroina existimat animi esse non sibi sufficientis optare publicam lucem, inanis gloriae cupidi studere familiae perennitati, nimium angusti aestimare opes et copias, popularem auram sectantis magnifacere honores, foeminati nomen matris curare, ac denique non ad virtutem facti aucupari laudes et gloriam. Et quemadmodum hac mira despicientia haec omnia spernit optata bona, ita aeque mira animi magnitudine res semper longe optatissimas, nempe virtutes appetit; et, sicuti in rebus agendis summam semper prudentiam amavit, sicuti in iure cuique tribuendo, sive id deberetur Deo Optimo Maximo ac religioni, sive summo regi ac reipublicae, sive familiae ac illius principi, sive amicis, sive subiectis, sive denique bonis omnibus, semper eximiam iustitiam dilexit, sicuti inter opes et copias, inter summos dignitatis et honoris gradus, inter maximas sui admirationes et laudes semper maximam animi moderationem exoptavit, ita inter acerbissimos dolores, inter terrores molestissimos, inter suprema vitae mala heroicam virtutem requirit. Ad hanc heroicam virtutem, ad quam erigit Catharinam animi magnitudo, invitat etiam constantia, quae ob huius oculos ponit virtutes omnes, quibus semper animum exornavit, atque hanc confirmat ut rationem vitae cum illis actae retineat, viribus auget ut cum illis eandem agere perseveret, ac firmissimam reddit ut cum illis tandem etiam absolvat.

O praeclara constantiae munia! at o praeclariora patientiae! Haec namque ut illa acerbissimos dolores prae dissolutione animi coelesti specie praediti et corporis decora dignitate undique ornati, quae tam iucundo, dulci ac suavi erant inter sese nexu coniuncta, alto et erecto animo perpetiatur, eam avocat a cogitantis mortis molestiis et revocat ad contemplandas voluptates officiorum; quamobrem solamen ex his iucundis recordationibus capiat, quam caste et sancte Deum Optimum Maximum coluerit, quanta fide ei vota voverit, quanta pietate filios divorum Reginae dedicarit, quanto studio, cura et solicitudine egenorum inopiam Dei caussa levaverit; ut dulci se memoria reficiat summorum in rempublicam meritorum et maximorum beneficiorum, quae in bonos omnes reipublicae caussa contulerit; ut sibi grato esset solamini meminisse, quam temperate, humaniter et clementer, quam modeste, comiter ac pudice degerit vitam, et in maximo omnium dolore hoc aeque maximo solatio fruatur, quod ei affert praeclara recte factorum conscientia. Ita Catharina Aragonia, princeps universis Fortunae bonis ornata, cunctis Naturae suavitatibus aucta, omnibus Virtutis laudibus cumulata ex hominum vita heroum more demigrat, cui nunc Dolor orbis et Amor parentant.

O plenissimum acerbitatis officium, quod omnes mentis partes exagitas, divexas, afficis ac perturbas! O quam innumeras imagines doloris tristitiaeque plenissimas, quo me acie vel oculorum vel mentis vertam, intueor et contemplor! Fortissimus filius moestissimo silentio, quod lacrymas et querelas, quas excitat in animo pietas, vel fortiter omnino iugulat, vel saltem graviter opprimit, parentem amabilissimam luget. Ornatissimae filiae, quemadmodum inundantia flumina tandem undas limo, ita lacrymas uberrime effusas stupore denique supprimunt, et constanti frontis contractione, firma deiectione oculorum, languida membrorum solutione nihil vivum praeseferunt. Ita ob oculos mihi versantur matrem optatissimam deplorare. Spectatissimae matronae regios ac nitentes corporis ornatus deponunt; ac aliae ploratu temperare vix ac ne vix

quidem possunt, aliae pectora decora humi defixa tenent; omnes nonnisi lacrymis, nonnisi squalore, nonnisi veste sordida delectantur. Ita eas videre videor maximum suum decus lugere. Gravissimi viri principes odio publicam lucem habent et hominum adspectus refugiunt; ac alii dolorem faciunt ipsa solitudine acerbiorem, alii illum in amicorum sinum exonerantes, ampliorem consuetudine faciunt. Ita speciem habere sentio eos vel amara solitudine vel consuetudine misera de ornamento sui ordinis maximo amisso queri ac lamentari. Boni omnes, qui ab ea sunt in universo imperio vel cohonestati officiis vel fama officiorum ad illius benevolentiam excitati, dolore anguntur, conficiuntur tristitia, solicitudine perturbantur. Sed dolorem, tristitiam, solicitudinem, quam prae tantae principis obitu res hispana conceperit, quis est qui cogitatione, ne quidem verbis, complecti possit? Eheu! si ipsa respublica, ac omnia, quibus continetur, regna personas indui possent, ea hic videretis, ante hanc funeralem struem in sordibus ac moerore iacere; si possent collacrymari, hoc ipsum pavimentum, ubi consistitis, videretis eorum lacrymis madidum; si suspirare iis datum esset, huncmetipsum aërem, quem bibitis, igne aestuantem hauriretis; si denique iis querendi potestas fieret, hoc templum, hoc tectum, hos parietes, hos angulos audiretis eorum querelis undique resonantes. Eone, Fortuna, illam tot eximiis commodis prospera ornasti ut iisdem tam cito orbatam acerbiori luctu deploraremus? Eone, Natura, illam tot egregiis ornamentis benigna auxisti ut iis praemature nudatam funestioribus votis prosequeremur? Eone illam tot praeclaris bonis, Virtus pulcherrima, cumulasti ut quantum, cum in illius vita te nobis totam ostenderes, nos laetissimos faceres, tantum cum in illius obitu a nobis abires tristissimos porro relinqueres?

O Catharina Aragonia, unicus nostrum omnium dolor, quam nuper decora et ornata erat aetas nostra, te sospite: nunc sine te quam squalida ac demissa! quam nuper secura erat cuiusque egestas, quod suas angustias maneret, te opem ferente,

levamen: sine te in quanta nunc versatur solicitudine! quam nuper certa erat cuiusque bonitas, quod sua promerita praemium, te patrona, maneret: sine te quanta nunc cura vexatur! At ille angor, ille moeror, illa aegritudo, quam sustinet piissimus filius, quod tibi non potuerit postremum vale dicere, non potuerit oculos premere, non potuerit funus producere, nos, nos habet authores. Nos tibi, princeps optime, nos tibi (fatemur enim) impedimento fuimus, ne haec officia pietatis praesens illi persolveres. Nostra felicitas tuam auxit in casu tam adverso calamitatem. Nobis igitur, o acerbissima mors, nobis est cum primis de tua summa acerbitate tecum expostulandum. Itane natum amabilissimum parenti restituis, itane parentem amantissimam nato? Quid de illa huic refers? eheu, gelidum cinerem! Quid de hoc illi? At o nostrae nimium humi defixae mentes, quae sensibus non modo oppressae, sed pene obrutae, ad coelum contemplandum revocari vix possunt! O si supera et coelestia ita mentis acie, ut hac oculorum suspiceremus, ipsam, cui nunc dolemus tam acerbe, quam nunc lugemus tam misere, ipsam, inquam, Catharinam Aragoniam, nobis, non hunc acerbissimum dolorem abstergere ac lenire tantum, sed etiam in maiorem animi iucunditatem, quam, quae eius obitu nobis adempta est, hac oratione commutare audiremus. — Quid, viri piissimi, in meo funere lugetis? Quid, viri piissimi, lacrymatis? Dolor iste non quidem certe vestrum caussa vos angit, quod solum pessimos iuvat qui tantum se ipsos amant; sed angit vos caussa mea, quod decet optimos. Si itaque me Fortunae bonis orbatam lugetis, suspicite haec aurea tecta, hanc aeternam coeli serenitatem, hunc inaccessum apicem supra imbres nimbosque, supra procellas ac turbines, supra tempestates omnes, quae in vos passim furiunt, positum et locatum; et quam firma et quam summa sint bona, quibus in Deo Optimo Maximo fruar, perpendite. Si me Naturae ornamentis nudatam deploratis, suspicite haec aeterna lumina, quae tantam mundo pulchritudinem addunt, et quam eximia sim forma ornata coniicite. Si summae voluptati officiorum me raptam collacrymatis, suspicite

haec templa, ubi omnia vestra exaudiri vota exoptatis; et quam amplissima patrocinia apud Deum Optimum Maximum suspiciam, consideretis. Statuite proinde, statuite tandem modum luctui, finem dolori; et siquidem mea de morte adeo doluistis acerbe, illo potissimum pleno honestatis argumento ducti quod maximis vitae commodis me orbatam existimastis, nunc vos tandem decet ut hac longe et honestiori et sapientiori ratione animos ad hilaritatem laetitiamque revocetis, quod ipsa omnium prorsus vitae bonorum optatissimum finem morte adepta sim et consecuta, immortalitatem scilicet, summa pace refertam et constantissima felicitate cumulatam.

III

PER LA VENUTA DI FILIPPO V RE DI SPAGNA E NAPOLI

PANEGIRICO PUBBLICATO PER INCARICO DELL'UNIVERSITÀ
(maggio 1702)

(*Panegyricus* | *Philippo V* | *Hispaniarum, Indiarumque,* | *& Utriusque Siciliae Po-* | *tentissimo Regi* | A Io: BAPTISTA | A VICO, | Regio Eloquentiae Professore | Inscriptus, Dicatus. || Neapoli, M.D.CCII. | Typis Felicis Mosca. | Superiorum permissu.)

Si universum hominum genus, certo immutabilique melioris naturae foedere, dominantia rebus pro earum dignitate vocabula consignasset, ita insolens atque hactenus inauditum de te, Philippe, laudationis genus cuncti homines tua vi disertissimi funderent, uti nova atque inusitata ex te laudum argumenta promanant. Tanta enim abs te in utroque terrarum orbe late patenti imperio, et maiestate tui generis parta est salus, et eximia tui spectabilitate corporis, animique praestantia tanta felicitas comparata, ut isthaec ipsa digne narrasse citra cuiusque eloquentissimi exempla cumulasse laudibus putaretur. At vero ad has verborum angustias, quibus sponte naturae prae tua magnitudine laboramus, illud praeterea urget incommodum, quod quas laudis significationes lingua omnium, quotquot unquam floruerunt, regnatrix et domina exquisierit, ac merito vix sufficerent tuo, eas in suis principibus exornandis Romanorum ignoratio vel obsequium ferme omnes

exhauserit. Siquidem ab iis alius « terrarum rector » est dictus, cui, immenso oceani tractu intentato, alter orbis imperio moderandus restabat; alius « nationum praesidium et columen », quas vix dimidiato sol lustrabat curriculo, quasi vero nullis aliis gentibus allucens facem, reliquum sui orbis spatium esset irrito decursurus; alium « generis humani » dixere « delicias », quo sane plurimae ingentesque nationes oblectarentur, sed intra certos terminos (metu an invidia?) conclusae. Te vero, rex potentissime, quibus vocabulis designabimus, nedum laudibus efferemus, qui gentes vi innumerabiles, locis infinitas, dubio hispanici dominatus subsidio, omnium rerum festinantes ac trepidas, hoc ipso, quod tuas esse volueris, sospitasti; tuoque unius nutu tantum imperium constitit, quod non montibus, non ripis, non litoribus terminatur, sed fines, quatenus per rerum naturam licet, porrigat extendatque; et quos populos, ut respexisti, incolumes feceras, modo, iis dum te praebes conspiciendum, beatos facis?

Quas igitur dignas grates tibi habeamus oportet, rex diligentissime populorum, qui post rerum caput Hispaniam, primum omnium hoc regnum, hanc urbem tua augustissima praesentia recreasti? Omnes sane omnium ordinum cives, in laetitiam hilaritatemque diffusi, eas tibi habent, maximo principi maximas, infinitis virtutibus ornato innumeras, aeternis beneficiis affluenti immortales. Ita sentiunt vulgus; ita prudentes intelligunt. Sed illos infantia praepedit; hos modestia attinet; me mei muneris officium impellit ut dicam. Tuae modo erit clementiae ex summo maiestatis culmine in haec ima descendere, et illum, spero, humanitatis capies fructum, ut noveris quantum super fastigium humanarum laudum emineas.

Augustiora Christi triumphalis sacra celebrabamus, quum, regiae classis, Caietam appulsae, iucundissimo excepto nuncio, extemplo felix omen accepimus te per dies omnium festivissimos ad huius regni appulisse oras, qui tecum omnia ad nos prospera feliciaque conveheres. Ibi qui priores eam exceperunt famam, e vestigio undique per urbem alacres erumpentis

iucunditatis quaerere socios; et universi sibi ultro citroque plaudentes tantam novam rem gratulari. Laetabantur iuvenes se iam illum visuros diem, quem narrando demirentur minores: gaudebant senes se tanto bono superstites, cui longa maiorum series praerepta esset. Adversis acti prosperisque florentes in spem erecti, illi malorum finem, hi meliorum exordia quam mox expectabant. Quae tum vota concepta divis uti nimbi, et mens illa motuum terrae potens tandem aliquando in nostra Campania desaevirent, neu innocentissimae regioni iniustam apud te conflarent invidiam. Tu, aeternorum luminum rector, nostras omnium curatissimas audisti preces, ut anni tempora iamdudum promiscua constantius aequabiliusque moderares, quo nostrae orae genius suo se ostentaret regi laeta veris facie, nempe sua. Hos de te sermones cuncti cives in multam illam noctem conserebant; haec sensa per quietem, si quae ullum inter tam flagrantia desideria amplexa est, agitabant.

At, ubi, postera luce, te Baiis constitisse et tonantia et percussa aera renunciarunt, civitas universa ita immodico tuae propinquitatis gaudio elata est ut ipsa laetitia per fora discurrere, tecta subire videretur. Et in ancipiti, qua urbem adires, alii complere litora, alii vias occupare; pars summa tectorum, quamplurimi collium speculas superarunt, qui eminus cominus te conspicerent. Non imbecillum aetatis quemquam, non valetudinis fastidium, non denique sexus pudor attinuit, quominus oculos augusto tui expleret insolitoque spectaculo. Pueri enim suum delicium, suum robur iuvenes, suum senes levamen, aegri suam salutem visere cupiebant. Cumque morae impotentes, universi eiusmodi desideriis aestuantes, odiosum cessare tempus incusabamus, quod pigrum tui visendi velocissimum desiderium effecerat, vix tandem ad Pausilypum promontorium conspecta classi, quam laetae illae voces et quam alacri spiritu ad coelum usque sublatae! — En sol regum ab occiduis undis nobis exoritur! — Atque interea rerum dum Mergellinae Olympiaeque praeterlegeres oram, sensim nostri crateris undae liquidiores fiebant, amoeniora litora, ridentiores colles, sol ipse illustrior: augustior huius urbis fieri

facies visa est. At ubi in hanc terram egressus es, Deus immortalis! ut aquae abyssus, seu ignis, seu quod magis naturae lubet et philosophis ignoratur, ab imis terrae visceribus tua sensit iucunda pondera; et formidandam vim illam, qua immota movet, inconcussa quatit, tibi refraenavit ac pressit. At enim, ubi primum de regiis aedibus frequentissimo populo visurum visendumque te praebuisti, inter laeta omina, quibus omnia personabant, qualem in fabulis per machinam deum aliquem, talem te ad nos de coelo descendisse spectavimus.

Et sane, uti usuvenit quod maiorem longinquitas conciliet principibus reverentiam maiestatis, maxima erat de te, Philippe, nostra omnium opinio, quum abs te immodestum terrarum spatium dissiti agitabamus. Te namque observabamus inclyti Galliarum Delphini natum, cui et inter quaesitissima Minervae studia agitanti, praestantiora huius tempestatis ingenia floruerunt, et discriminosissimas subeunti Martis aerumnas quisque fortíssimus vel hostium extimuit. Te Ludovici Magni magnum excolebamus nepotem, hoc est ab eo Galliarum rege progenitum qui teterrimas Regni seditiones oppressit; qui ab novis religionibus sacra patria vindicavit; qui in Pannoniam, Lusitaniam, Belgas, Sequanos, Mediterranei maris insulas, Aphricam, Americam, legionibus classibusve missis, decimum aut plus eo imperator, suo partim ductu, partim auspiciis, maxima bella confecit; qui imperii gallicani fines quoquo versus protulit, ampliavit; qui inter arma, iuxta pacatis, omnes bonas pacis artes fovit, nutrivit et aluit, authoritate apud hostes gravissima, fide in socios integerrima, aequitate in suos singulari regnum obtinet regulam normamque reliquorum; sed et qui, incredibili prudentia ac pene divina omnium regum sanctiora consilia permeans, uti natura universarum rerum virtutes, ita is omnium principum mentes in se unus complectitur. Te denique eius monarchiae regem venerabamur, cuius fines, si quis oculis vellet describere, universam aetatem percurrens, ante vitam absolveret quando te regnatorem Europa, Asia pium, munitum Aphrica, opulentum America veneratur; et rerum natura ipsa Mediterraneum Oceanumque in brevissimum

fretum tibi ad Gades extenuavit, ut inde terras omnes et universa orbis terrarum interna externaque maria ex arbitrio moderares.

Tot tantasque maximi regis et ab stirpe et ab regno laudes omnes augustissima tui praesentia superavit ac vicit. Nec vero ei maiestatem conciliasti ingenti classe, nam paucae huc nostrae triremes advexerant; non illustri pompa et triumphali in urbem ingressu, nam paene privatus subieras; non paludamento aut corona conspicuus, siquidem modestissimo ornatu, tanquam non regnaturus, sed rusticaturus adveneris. Et tamen, ubi te ad regiarum aedium menianum, mox ad solarium inter plures aulae proceres promiscuum infinita illa multitudo conspexerat, ut filii occulta et insita necessitudinis vi ignotos parentes, ita maiestatis virtute suum te regem agnoverat. Et adeo tui ab Gallia praemissae icones nequicquam ad agnitionem iuverunt, quod illico culparemus authores, qui cum maxime augustissimam tui speciem referre conati sunt, nec eximiam oris honestatem, nec caelestes vultus virtutes quicquam ad tui imitamentum expresserint. Tam laeta enim serenitas frontem explicat, tam suavis in oculis coeli color viget et in colore coelestis vis luminis eminet, tam gratus candor oris, quem roseus pudor subinde tingit, tam iucunda totius habitus incessusque cum decore gravitas temperata, tam veneranda undique ex te maiestas emicuit, ut, si vetustus mos vigeret ut formosissimus quisque deduceretur ad regnum, te iam maximum regem oculis legissemus. Et vero, si nobis qua maiestate polles, minor apparuisses, non te in imperio, sed in te imperium suspiceremus; et cogitandi ordo et natura has primum de te notiones in cuiusque animo explicuisset: — O sorte nascendi felix, quem ius regnorum et fas gentium ad tantam evexerint monarchiam! — Sed nihil sane horum: quin, te conspecto, inter plausus illae voces impetu proruperunt: — O digne, cui tot regna subiaceant! O merite, cui sol nunquam occidat! O par, qui tantum modereris imperium!

Quid ego referam, ut tibi, de navi egredienti, laeta occurrerit nobilitas et senatus? ut alacres ad officium magistratus

convenerint? et, a te ad manus ad orationem incredibili admissi clementia, qua capti admiratione discesserint? Inde satis alii vixisse, te viso; alii tandiu porro vivendum esse praedicabant quo tuis divinis vultibus explerentur. Ita et eo die et aliis, quacumque progressus es, frequentes confertique undique ad te concurrere, tibi obversari, te subsequi, comitari, praevertere: nec quicquam aliud per hos dies quam te unum spectare possunt. An non quemque nostrum, hoc mortali corpore gravem, is nunc erga te regit amor, quo coelum regitur? qui nihil aliud exoptamus, nec alium nostrorum finem bonorum credimus, quam te intueri, tuis delectari vultibus, in te nostras omnium felicitates, te in nostris publice privatimque bonis contemplari. Ita quicquid nobis obversatur, regium videtur; regium, quicquid sentimus. Adeo nos supra nosmetipsos tuo ad nos adventu evexisti ut iam alio obtutu urbis intueamur magnificentiam, alio soli ubertatem coelique risum, alio populi frequentiam nobilitatisque amplitudinem. Et, cum primis, quam splendidiora illustrioraque tuorum monumenta maiorum, te visente, visa sunt? Certe Caroli I aliorumque Andegavensium regum tua praesentia allevatae sunt tumuli pondere religiosae reliquiae. O qui fuerit ille regiorum cinerum sensus! quae tacita magnos manes gaudia pertentarint! cum longis seculorum post decurrentibus orbibus, ex sua stirpe augustissimum germen exortum sit, qui tantam rerum summam adeptus est ut eius ditionis id regnum particula videretur, in quo ii summis potentes opibus pollentesque regnarunt.

Quid igitur est, quod tibi a nostris, supra solida boni civis officia, hanc miram benevolentiam, incredibile hoc studium, hanc intensissimam pietatem conciliavit? Num tua maiestas? At meram tremimus. An nostra amoris abundantia? At tuum est infra meritum. Fortuna forsan? At ea in animos tam late diffusum et aequabile imperium non obtinet. O viri sapientes, qui id maximopere exoptabatis in vita, ut amabilissimam virtutis imaginem homines oculis suis videre possent, o quam vellem hic praesentes inter nos ageretis! Nam de pulcherrimo nostri principis corpore, pulchriores quam

dici aut fingi possunt, miraremini provenire virtutes: quin, si natura modo dissimularetur, certe virtutem ipsam tali corporis habitu putaretis indutam, qualem, ut nostra fert religio, ex aethere purissimo caeli mentes, ubi lubet, sibi conformant et aptant. Nam et ab decoro honestae faciei vultu concinnoque civilium membrorum commensu formam supra quam feminae, ab artuum nervorumque firmitate vim supra quam hominis, ab praeclaris regiûm officiorum exemplis virtutem supra quam viri suspiceretis. O factum bene rerum omnium auctor et efformatrix natura, ut qui novum rerum ordinem in terris erat explicaturus, eum ad talem animi corporisque formam effingeres ut oculorum sensui obviam faceret imaginem speciemque virtutis, qua homines excitati, capti, inflammati, non metu, non vi, sed sponte sua ad optima vitae instituta revocarentur!

Iam video te, augustissime rex, intelligere in quo verser loco, mihi difficili, tibi gravi, hoc est de tuis virtutibus me esse dicturum. Sed, quamvis hic tua erubescat modestia, ea adeo non me ab incoepto deterret, quin impellit ut istinc alacer prima sumam exordia. Nam sive virtus sit, sive virtutis color, certe pudor praeclarissimum est tuae divinae indolis specimen ceterarumque tuarum virtutum maximum documentum. Ecquis sane temperet laudibus, cum cuius legibus innumeri populi ac gentes parent, qui supra leges eminet, cui quicquid placet abit in iussa legum, eum viderit vel ad importunas supplicum preces, vel ad opportunas procerum suggestiones erubuisse? An quis te maior adest cuius te pudeat? Certe maiorem te videt sol neminem. Cuius igitur pudet? Tui ipsius. O robustissimum argumentum: te illum esse, qui id solus agas, quod ageres coram sole! Sed cuius rei pudet, ubi nullum abs te peccatum? Irritum tui pudorem putare nefas. Igitur tam perfecte vitam instituisti, ut ab ea errasse, legum dominus, intelligas, ubi nos, legum servitia, nihil declinatum putamus. Ecquibus humanae virtutis exemplis tuas illustraverimus laudes, cum viri virtute gravissimi eorum sibi dent veniam, in quibus tute tibi non parcas? Enimvero frustra conamur humanis te laudibus exornare, qui unum, te maiorem,

vitae exemplum proposuisti: Deum. Idque adeo tua caelestis erga eum pietas confirmat, ut, statim atque ad nos perveneras, luculentissimum et primum virtutis documentum edideris, quum non longa navigationis incommoda, non nova urbis facies, non frequentia nobilitatis officia te quicquam morata sunt: quin recta in regium sacellum, ac pene solus concederes, et Deo Optimo Maximo pro secundo appulsu vota singulari exsolveres castitate. Quantam porro tui admirationem in animis omnium excitasti, et quam impensa studia quotidie in te advertis, ubi Deum adis et sacris ades: quae dum operantur, ad christianae humilitatis exemplar compositus ac venerabundus, non in terrena, ut magnifica, ut conspicua, aciem dirigis oculorum, sed unum Deum contemplaris: non alia dicis quam bona verba. Itaque gravius per te quam per sacerdotum quemlibet vel pontificum Deum edocti sumus, cum a te, regum maximo, tanta cultum religione videamus. Quid enim huius est nisi quia proxime Deo accedis, optime noscis, et quantum noscis, tantum etiam veneraris? O pietas aeternis laudibus decoranda, quot ex te aliae quantaeque nostri principis virtutes, veluti rivi ex sacro fontis capite, derivantur! Hinc illa incredibilis temperantia, clementia admirabilis, praedicanda facilitas, invicta animi celsitas, iustitia singularis.

Nonne dignum immortali gloria deputemus, quem pro Italiae salute ac tranquillitate suo ductu imperioque decertaturum, connubii adhuc fumantes toedae, aetate florentem, Ludovicae Mariae novae nuptae amantissimum, a praeclarissimo incoepto attinere nequiverant? Quanta istic claret tua reipublicae diligentia, Philippe, qui prius pace regnum, deinde sobole regiam fundare studeas? quod animi in cupiditates imperium eminet? Id certe rationis regnum homines agitarent, nisi eam vitium labefactasset originis, et tum liberis darent operam, cum sit opus. Sed neque id unum est tuae incredibilis temperantiae, neque primum exemplum. Nam quotidie tuis adsumus prandiis tuasque spectamus coenas, unde quis enarret quam bona virtutis fruge expleti discedimus? Non enim longa ferculorum pompa, non machinosae epularum struices

in oculorum fastum ornantur, non fracta symphonia personat, non parasitorum scommata, non scurrarum dicacitates aures irritant; sed regia ciborum frugalitas ditat mensas, modestum silentium exhilarat: neque discinctus aut soleatus accumbis, sed iuxta ac in aciem descensurus. Tu tibi structor, tu tibi carptor non in multum diei noctisve te invitas, sed per brevissimum temporis spatium innutriris. O aurei seculi prandia! o heroicorum temporum coenae! in quibus non quam multum voluptati, sed quam parum naturae satis sit, satisfiat, et inter regias, nedum liberales, mensas victus magis capiatur quam cibus. Nam ille Bacchi modus quam admirandus? quem puri fontis latices, ac ne hi quidem ipsi refrigerati (moribus alioqui probatae deliciae) perdunt magis quam temperant! Vos huc, vos, viri sapientes, accerso: suntne vestrae coenae cum his regiis comparandae, ubi non argutulis verborum tricis, sed miris rerum exemplis vitae moderationem potentissimus regnator edoceat? Et tamen quid maius instat, quod te ad mensam exhibet humana specie augustiorem, cum qui ad id virtutis spectaculum frequentissimi fere semper conveniunt, ita eorum oblecteris corona, ora et vultus tanta oculorum diligentia et sedulitate intuearis, et in eo sensu nisi totus, ita certe plurimus occuperis ut nihil aut pene nihil animi tui possit superare gustatui. O principem modestissimum, qui epulas non sumptuositate, sed tui publicitate magnificentissimas exhibes! O vita scilicet regia, quae in conspectu agitur populorum! Itaque tua victus temperantia haud minorem spectavimus somni lectique modestiam. Te namque vidimus (futura aetas, crede narrata, nam vidimus) meridiantem quiete magis quam sopore, cubantem sopore magis quam somno capi. Numne id efficit moderatio ciborum? Sed nec venatio (quam belli effigiem saepe ludis proximus imperator) labore aut lassitudine somnum tibi quicquam graviorem accersit. Quid igitur est nisi ignea et vivax vis animi, ocii impotens et ignara desidiae? Sed an aulaea distincta gemmis, pegmata in admirationem extructa, aurea fulcra in leones aut aquilas conformata, pulvinaria ex peregrinarum avium infarcita pennis, et quae alia

naturae infirmitates fecere delicias, tibi lectum instruunt et adornant? O in summa potestate rerum admirabilem rerum modum! Cui peruanum mexicanumque regnum infinitam auri argentique vim conflat ac ferit, cui Gangenticus sinus uniones ac gemmas profert, cui innumerae manus artes in tot regnis late florent ac vigent; eius quasi caelibis lectulum modestissimo cultu stratum vidimus mirabundi.

Sed tantae tamque mirae modestiae quantae item et quam rarae addunt se comites facilitas et clementia! Quando et illustri et obscuro loco nati promiscui ad te adeunt, preces fundunt permixti, indiscreti tuam potentem adorant manum, nec tenuiores proceribus fortunam invident, nec proceres tenuioribus impertitum dedignantur honorem: ita omnes incredibili tua exples benignitate. Cuique ad te penetrare licet dum velit; omnes tua clementia admittit; tua innocentis securitas submovet neminem. Non adeunti deductor quaerendus est; non commendator precanti; non deprecanti patronus. Quamobrem aula, ad tui exemplum in summam humanitatem conformata, facilis, ita universis patet ut tibi, o rex clementissime, qui talem in regno patriae curae similitudinem refers, ut merito « nationum parentem » appellare te liceat. Atqui tuam istam tantam mansuetudinem, ut rara, ut praeclara invicta animi et ardua celsitas excipit, qua cuncta sublimia superas, omnia excedis excelsa! Quid? tuus ille mos gravissimus, ut nihil mireris humana, annon id est expressissimum vultus sapientae lineamentum? O quam admirabilis in te est nexus et catena virtutum! Nihil magnum, nihil novum, nihil insigne te advertit, quod cuncta sublimi animo magnificentiora praeveneris. Sed nec ea, quae pro tua non sunt dignitate, forte fastidis aut despicis: quin pro tuae magnitudinis modo, quae te non digna sunt, soles tua dignatione dignare. Quid, si quod amplissimum es adeptus imperium, infra te putes? Nam quid aliud sibi volunt illa maris, quae subis, pericula? illa navigationis, quae perfers, incommoda? durum vitae, quod instituis, genus in castris? Certe non aliud evincunt, quam quod non tam pulchrum tibi sit in imperio vivere

quam pro imperii salute pati; et summae rerum praeesse humanum, perturbationum regnum agitare divinum putes. Sed quis par est ut pro merito dicat quanta insit in tuis rescriptis iustitia? in consiliis prudentia? in sermone gravitas et, quod magis est, in ipso aetatis flore consummatissima? O quam falsos experti sumus philosophos, qui in iuventa solam virtutis indolem laudari posse existimarunt! Hominibus quidem vulgo sera virtus venit, ut quibus ex graviore luto natura finxit vehicula virtutis praecordia: tibi vero, qui ab coelo ducis originem, ex purissimo mobilissimoque aethere conformavit, ita ut non tam annos praecoci sapientia praevertis quam maturam virtutem velocissimo comitaris ingenio. O rerum gestarum scriptores, quae vobis praeclara et ampla pacis bellique argumenta Philippus processu aetatis praebebit, quem tot laudes ab viris virtute summis affectatissimae, ultro vixdum plene puberem anteveniunt! Hac igitur corona virtutum gemmis conserta coelestibus, hoc syrmate honestatis, divini solis picto coloribus, priusquam regalibus ornatum insignibus, te nobis conspicuum demonstrasti: an id ut ostenderes te maximo imperio fuisse dignum antequam imperares?

Nostra aetate minores ex hoc intelligite, posteri, quantum inter Philippum et Carolum V aliosque nostros optimos principes interfuerit. Siquidem ii urbem Neapolim non prius ingressi sunt nisi instructa maiestate venerandi, ut principalis religio suis adderet virtutibus decus: hic privatim adit ut, suis hominis virtutibus, principis augeat dignitatem. Ecquis sane referat hesternae diei candorem, lumen, laetitiam, qua regali per urbem pompa rex augustissimus equitasti? Praeteream aulaea auro sericoque contexta ubique praetenta; sileam temporarios arcus pro curiis magnificenter extructos; taceam titulos ingeniosissime tibi inscriptos; missos faciam equos indole tum maxime generosa ditissime phaleratos; confertas puerorum et splendide instructas familias, militum acies, usquequaque processurus eras, extenuatas. Quis enumeret proceres eorumque ornatus ad magnificentiae modum describat? quot cives ex regni municipiis ac praefecturis confluxerint? quot

viri principes ac legati ab Italia convenerint? qui amplissimi romani principis senatores candenti ostro nitentes coierint? honestissimas matronas gemmis auroque graves, magistratus, pontifices, sacerdotes quis unquam recenseat? Et in tanta hominum copia, virorum lumine, rerum splendore, in viis, de aedium fenestris, de tectorum fastigiis, tu omnibus unus totum magnificentiae spectaculum in ea pompa exhibebas; et quacumque procedebas, ita omnium in te unum advertebas obtutus, ut dicere non dubitem eo die te suis oculis Italiam gestavisse. Quae tum omina tibi pio felici augusto concepta! quae vota tibi hostes debellaturo nuncupata! quas in laudes quove impetu laetitia simulationis ignara prorupit! ut illam tralaticiam « regum decus », illam celebrem « incrementum regnorum », usitatam illam « catholicae religionis praesidium », crebram illam et maxime usurpatam « universa hilaritas », ex tuis missilibus desumptam, audiveris.

Atque utinam Deus fecisset immortalis ut mihi hic tanta vis dicendi suppeteret, tam uberes eloquentiae fontes erumperent, tanta copia superaret, ut quot quantisque beneficiis hanc civitatem, hoc regnum ornaris, auxeris, cumularis vel pressissimo stylo complecti possem! Qui, principio adveniens, illa patriciorum ordini praeter spem, praeter fidem benefacta promulgasti ut neapolitani divi Iohannis equites neapolitanae classi duces ac praefectus imponerentur, et Gadibus, Hispaniarum claustris, vir hinc patricius praeesset ex ordine. Mox, ut significares quanti nobilitatis faceres fidem, neapolitanam equitum dudum scriptam legionem illo incredibili beneficio decorasti ut et iis praetorii custodiam concrederes et ipsis turmarum ducibus praefecti optionem remitteres. Hinc quo rusticae plebes et multitudo urbana, qui te maximum colunt, optimum etiam sentirent, uno edicto, plebi populoque neapolitano dimidium, quod pro frumento penditur, vectigal remittis, et universitates civium tributorum reas, novis propositis tabulis, ingenti aere per totum regnum universas absolvis. Nec tua beneficentia terris tantummodo terminatur, quin in coelum etiam caput inserit, qui divo Ianuario, nostro maiorum

gentium indigeti, universae hispaniensis monarchiae tutelam permittis ac patrocinium: et, mira rerum conversione, beneficii collationem in opis implorationem commutas. At enim quae tua benignitas non finitur loco, ea nec tempore coërcetur: qui noxios criminum labe lustras et innocentiae restituis; oboeratis solvendi diem amplias et eorum integras fidem; cuncta legum beneficia a decessoribus collata regibus sanctissime rata iubes; et universa ab hoc regno constituto aliorum benefacta tu una liberalitate complexus es. Itaque in nos tuis beneficiis exornandis ipsam regni maiestatem, si fas est dicere, profundere videaris: nam, ut fortunae adversis occurras, leges relaxas; ut conscientiae labes deleas, fasces dissolvis; ut laetiorem agrorum facias cultum, fiscum deminuis; ut domi abunde sint necessaria vitae, militare aerarium attenuas; ut foris ad virtutem milites excitentur, iis te ipsum donas. Itaque omnia te optimo plena. Terrae, defatigatae iam, allevatis tributis, ab aratro quiescunt, et boves per prata palare seiugos, et sponte telluris luxuriare segetes sub umbra spectat desidiosus agricola. In tenui cuiusque lare, relaxata annona, pueri circum parentes cariores dant iocos laetaeque Cereris dona ludunt. Tuo beneficio devincti, noxii innocentiorem induunt mentem, aere diruti, luxum exuunt et desidiam; milites tui custodia superbiunt; pagani tua magnificentia rem cumulant; sacra tua religione gaudent; tui laetitia profana gestiunt; privatae res tua praesentia instaurantur; tua authoritate publicae confirmantur. Ecqua unquam via tuam in nos beneficentiam occludis? Tuo augusto spectaculo oculos recreas; tuis laudibus aures permulces; tua hilaritate corpora reficis; tuis exemplis ad virtutes excitas animos. Maiestatem huc intulisti, et urbs augustior facta est; humanitatem, clementiam, probitatem ad nos importasti, et civitas beatior evasit; delectatus es indole civium, et generosior prodiit; Neapolim te dignam putasti, et in regiam orbis terrarum abiit celeberrimam.

Qua igitur digna ratione tam expositae, tam obviae, tam honorificae beneficentiae, quantum est meritorum momentum,

tantum possimus agere gratiarum? Certe in eo te fastigio, Philippe, Deus Optimus Maximus collocavit ut referre grates, si fieri posset, id ipsum superbum sit et ingratum. Sane id est tuae liberalitatis precium; ut, cum in quos eam conferas, semper apud eosdem solida integraque sit gratia, eam tibi agere iuxta sit ac debere. Igitur, quando gratiis referendis opes, agendis verba non suppetunt, saltem tantae beneficiorum moli par esset nobis vastitas animorum ut possemus habendo concipere. Nihilo tamen minus, si non ut decet, at uti licet, si non ex merito dignas, at pro officio veras agimus grates vobis, sanctissimae leges, quae hispanicum ita fundastis imperium ut regnorum successionem natura dirigeretis. Grates tibi, recepta coelo mens, Carole II, qui tuo supremo elogio quem regnorum iura ad successionem vocabant, eum tua designatione accersisti. Grates tuae foecunditati, iam inter sydera allecta, Maria Anna Christina, quae et hispanico et gallico imperio regni subsidia parasti. Grates tibi, Ludovice Magne, qui Philippum agnoscere successionem volueris, illo universo terrarum orbi salutari iussu, quo indoles visus es commutasse virtutum; et, cum maximam Borbonio nomini monarchiam quaesivisti, tum maximum dedisti moderationis exemplum. Grates denique tibi, regum dator, Deus Optime Maxime, qui ita regnorum vices ab anteacta temporum aeternitate regis ac temperas, ut hodie per te Philippus regnaret. Dedisti regem regno: omnium salus, conserva. Parasti regnum regi: fortuna bellorum aspira. Maximum imperium servasti, optimum regem legisti: aeternitatis parens, perenna.

IV

IN MORTE DI VIRGINIA PIGNATELLI-BONITO

DUCHESSA DELL'ISOLA

(1720)

Virginia Pignatelli, napolitana, di Giovan Battista e di Lucrezia pur Pignatelli, nell'anno 1656 nacque nella famiglia de' príncipi di Strongoli, uno de' molti rami di quel gran ceppo che diffonde la sua chiarezza fin nell'America, per l'ampia e ricca signoria del Vaglio: retaggio che in questa casa, per lato materno, pervenne dal gran Cortese, conquistatore del nuovo mondo. Giunta appena agli anni dell'umano discernimento, fu commessa all'educazione di suor Caterina Pignatelli, sua zia, nel monistero detto di Regina Coeli dell'ordine di Sant'Agostino, e quivi fu nell'arti della pietá e del signoril costume diligentemente educata. Tosto, nella prima etá di marito, fu data in moglie a don Giulio Cesare Bonito duca dell' Isola e consigliere del re nel Consiglio detto di Santa Chiara, al quale con felice fecondità, e molto piú con saggia educazione, diede ed adornò di nobili virtudi ben otto figliuoli, cinque maschi e tre femine, in ciascuno de' quali ella seppe inspirare una singolar gentilezza, talché questa virtú sembra loro famigliare. Le figliuole vivono ne' chiostri, a Dio consegrate; il duca è il sostegno oggi della scuola cavalleresca; fra Filippo ha applicato l'animo agli studi cosí ameni della toscana poesia come severi della filosofia e delle matematiche, e ne coltiva stretta amicizia con don Alessandro Riccardi, avvocato [fiscale] del Consiglio d' Italia in Vienna, e con Agostino Ariani, primario professore di matematiche nella regia Universitá di Napoli. Due altri figliuoli, cioè don Luca e don Lodovico, vestito l'abito cassinense, sopra l'etá in quella religione fioriscono per le dottrine migliori della filosofia, della teologia, de' canoni e dell'eloquenza: frutti della buona coltura

della saggia madre, che, vedova, gli educò con quell'arte la qual sola produce alle famiglie felicitá. Nella conversazione civile dilettavasi di uomini i quali ad una grande letteratura unissero altrettanta morale virtú: onde ella fu stimata degna di essere annoverata alla nostra adunanza di Arcadia col nome di Atalanta Poliade. Tra costoro fu egli il piú frequente il padre don Benedetto Laudati, abate della congregazione cassinense, uomo per dottrina e bontá di vita chiarissimo, e 'l padre Tommaso Pagani, ornamento de' padri dell'Oratorio, da' quali volle anco avere gli ultimi ricordi dell'immortalitá, nel passaggio ch'ella vi fece in etá di settantaquattro anni a dí 24 febbraio l'anno 1720. La singolar pietá de' figliuoli le fecero celebrare sul cadavero un magnificentissimo funerale nella chiesa dei Padri girolamini, ove lasciar volle la sua spoglia mortale: la qual pompa serví di stimolo agli spettatori, che in gran numero vi convennero, di rammentare con piú vivezza di dolore le grandi virtú delle quali ella aveva adorna tutta la vita. Né men sensibile riuscí una tal perdita alla mentovata ragunanza degli Arcadi, del cui cordoglio entrando noi a parte, abbiam qui proccurato di dargli qualche sfogo col mettere alla pubblica vista la seguente inscrizione sepolcrale:

ALLA
SAGGIA E VALOROSA DONNA
ATALANTA POLIADE
DI ANTICO SANGVE
E PER PREGI DI DARDO E DI SAMPOGNA NOBILISSIMO
NATA
CHE A LEI MENTRE VISSE
LA RIVERENZA E L'ONORE
DI TVTTI COLORO CHE LA CONOBBERO
TESSERONO
DI RARE LODI CORONA IMMORTALE
LAVFILO TERIO
CON QVESTA TESTIMONIANZA
DEL COMVN DOLORE DI ARCADIA
SOPRA L'ONORATA VRNA
CON MENTE CHINA E CASTA MANO
SOSPENDE

V

IN MORTE DI ANNA ASPERMONT
CONTESSA DI ALTHANN
MADRE DEL CARDINAL MICHELE FEDERICO D'ALTHANN
VICERÉ DI NAPOLI

Orazione premessa alla miscellanea poetica raccolta per l'occasione da Francesco Santoro.

(1724)

Quel divino consiglio eterno — il qual, per vie ad ogni quantunque de' mortali acuto intendimento chiuse e nascoste, dall'infinito lor principio le umane faccende di tutti i tempi, cosí menome delle picciole famigliuole, come grandissime di rinomati imperii, con egual cura e diligenza a' suoi imperscrutabili fini suavemente guida e conduce, — dentro quella stessa indissolubil catena di cagioni e di effetti, con la quale i luminosi fati dell'eccellentissima casa Althann co' suoi liberi decreti dispose, annodò ancora i nostri bassi destini: ché noi, i quali innanzi al corso di presso a sei lustri per le nostre non meno deboli d'ingegno che di arte povere forze, con una orazione in di lei morte, ornammo la vita di Caterina d'Aragona duchessa di Medinaceli, madre del viceré di que' tempi, menassimo tant'oltre l'etá in grado di regio lettor d'eloquenza che nella morte di Anna Maria Aspermont, incomparabile contessa d'Althann, madre dell'eminentissimo Michel Federico cardinale d'Althann, il quale di presente in nome del nostro augustissimo re siede al governo di questo regno, ora tessiamo la diceria funerale. Ma il sommo e sovrano pregio di stima,

onde sotto i governi assoluti la facondia unquemai adornar si possa, a chiunque voglia dall'onesto e dal vero estimar le cose egli dee questo certamente sembrare: che quegli uffizi che, vivendo la libertá o di Atene maestra o di Roma signora del mondo, essi figliuoli adempievano — i quali, ne' supremi onori de' padri, per isplendore di gravi affari di pace o di grand'imprese di guerra in immortal fama saliti, essi, per dichiararsi eredi della lor gloria e porsene in possesso del rispetto comune e della pubblica affezione, le loro virtú e gesta con belle ed ornate orazioni nelle popolari adunanze sponevano, — quelle stesse parti ora da' príncipi ad uomini valenti in ben parlare sieno commesse, sí che costoro prendano a trattare la causa della pietá, delle lagrime e del dolore de' grandi. Quindi di leggieri s'avvisa la molta difficoltá di adornare con egual compiacimento e degli uditori e de' congionti una tal sorta di argomenti, perché o nelle freddure delle adulazioni non si precipiti, o non si rimanga molto di sotto al merito de' subietti lodati: il qual temperamento era facile a tenersi tra gli 'stituti ateniesi o romani, poiché nelle lodi famigliari la modestia regolava i dicitori sí che non facessero né torto al merito de' defunti con dirne meno, né oltraggio alla libertá delle ascoltanti corone con dirne piú, ma soltanto uguagliassero i lodevoli fatti con giustizia di concetti e con degnitá di parole.

Ben questa gran principessa ne libera dal secondo timore, perché tanta luce di vera lode in lei, vivendo, rifulse, cosí comune delle due gran case, tanto Aspermont, onde uscí donzella, quanto Althann, dove entrò sposa, come propia di valorosa donna e madre d'eroi, che di sé lasciò forte dubbio se ella fosse salita sui modelli piú perfetti dell'eroine, o pur quelli fossero in lei discesi per formarne un naturale ritratto. Però questo istesso timore, quinci schivato, ci fa quindi temer l'altro opposto: che per quanto si erga, non che la nostra per natura e per fortuna umile e bassa, ma ogni generosa e felice facoltá di ben porgere, non ne può giammai tanto dire che non isformatamente piú lasci ad intender delle sue lodi.

Qui sí che noi desideraremmo la moderazione d'alcun de' suoi chiari e riputati figliuoli, il quale, su l'esemplo della di lei sapienza e virtú formato, ne darebbe l'idee giuste dell'essemplare, e ne vestirebbe d'un costante dolore, e quale ad eroi conviensi, per la sua amarissima perdita, acciocché questa nostra orazion fosse di pungente stimolo agli uditori di alto grado per imitare, a quei di bassa sorte per ammirare la virtú intiera. Adunque, poiché ci è niegato per gli nostri corti talenti spiegarvi in maestá tutti i rari e chiari pregi che 'l corpo, la mente e 'l cuore di questa gran donna a maraviglia adornarono, mi studierò almeno farlavi vedere *in proffilo*, attenendomi a quella lode che, quantunque propia del sesso, però come seme i frutti, cosí contiene i maggiori beni delle repubbliche e degli Stati, qual ella è di virtuosamente educar le famiglie; e vi esporrò in comparsa, come di fuga, Anna Maria Aspermont Althann feconda, saggia e felice madre di chiarissimi eroi.

E, sul bel principio, la chiarezza del sangue onde Anna Maria era uscita, il qual da Fiandra, qual da sacro fonte, attraversando Germania, andò a porre altro capo in Boemia, è tanto illustre e cosí cónta ad ognuno, che la famiglia Aspramonte, semplice e schietta, senza fregi ed ornamenti, si fa distinguere tra le prime nobili case d'Europa. E poi sono in grado tanto eminente le lodi propie di questa gran donna, che a chi è vago di ammirarla per le sue personali virtú, tal sarebbe trattenerlo in contemplare l'antichitá e splendore della di lei nobilissima origine, come ad uomo, che ami dilettarsi di mirare una statua nella quale l'arte maestra, emendati i difetti della natura volgare, la insegnasse a meglio formare i suoi parti, altri il divertisse ad osservare l'oro saldo finissimo, del quale il maravigliosamente disegnato getto si rivelò. E poiché m'avveggio che i vostri desidèri anelano veder costei, quale la fama da per tutto gridolla, per educazion di figliuoli inclita e rara donna del nostro mondo, io m'asterrò ancora lodar di lei le singolari doti, delle quali ornolla una

largamente benigna natura, perché in mezzo quinci a quattro generosi fratelli e quindi otto sorelle gentili, come in mezzo a tante matutine e tenerelle rose ed altrettanti freschi e rigogliosi gigli, ella tenesse il pregio di piú bel fiore, tra per bellezza che vestiva il delicato corpo, e per grazie che animavano la bellezza, e per ingegno che vive, per memoria che pronte, e per avvedimento che accorte, discrete e convenienti facean le grazie: le quali cose tutte son volgarmente credute far bella e leggiadra la virtú agli occhi del corpo. Ma — perché dell'occhio della mente il propio sole è la veritá, la propia luce è l'onestá, il propio giorno è la saviezza, nel qual giorno, nel qual sole, nella qual luce gli spiriti vedono sopra le sue eterne idee la guida e l'accordamento de' colori immortali che fanno il bello della virtú — tanto egli sarebbe sporvi questi pregi caduchi, tutti divisi e soli dal valor vero, quanto che io, o sciocco o importuno, vi dassi a vedere ameni siti di luoghi e deliziose praterie al buio di tenebrosissima notte. Altri poi logorino il tempo delle dicerie in adornar di lodi l'educazion de' subietti lodevoli, de' quali per avventura stata ella sia o privata la virtú, o 'l merito mediocre, e trattenghino gli uditori sugli abbozzi, perché dalle imperfezioni essi traggan diletto di vedergli sopra i loro disegni a compimento condotti. Oltreché egli sarebbe qui certamente abusare della vostra aspettazione dimorando io nelle lodi dell'educazione d'Anna Maria fanciulla, le quali sono in buona e gran parte di altrui, cioè lodi de' suoi parenti, ove l'argomento propio a esporsi da noi è l'educazione di Anna Maria fatta madre, la quale per pietá e religione, per diligenza ed industria, per moderazione e giustizia, per fortezza e sapienza, e finalmente e sopra tutto per una costanza invitta incontro il genio del secolo, che sembra non d'altro dilettarsi che di corrompere e d'esser corrotte le buone e belle indoli della gioventú, ella è a maraviglia ricca di lodi non solo propie di lei, ma affatto nel mondo singolari.

Ma, quantunque di nulla ornate, pur conferiscano al nostro argomento l'antica chiarezza dell'origine, per quanto la

virtú nobile, per gli lunghi continovati esercizi di tanti avoli fatta abito e quasi natura della famiglia, la facesse da molti príncipi ambire madre di generosissima prole, la bellezza del corpo e 'l sano vigor dell'etá — che co' buoni sughi le rilevava e ritondava le bianche e delicate membra, e col buono spiritoso sangue le inaffiava la vera soavitá del colore — la facesse sospirar madre di bellissima prole, e finalmente le certe speranze fiorite di una pia, saggia e dolcemente austera educazione gliene facesse desiderare il frutto d'una valorosissima prole. E noi, oltrepassando tutto il tempo ch'era giá scorso fin dal dí ben avventuroso che la contessa Anna Maria, uscita dal nobilissimo coro delle damigelle dell'augustissima imperadrice Eleonora e menata in moglie dall'eccellentissimo Michele Venceslao conte d'Althann, consigliere intimo di Sua Maestá cesarea e chiarissimo per isperimentato valor di consiglio nelle cariche di ambasciadore alle Maestá di Polonia e di Svezia; e, di tanto marito, a capo d'anni, con felice feconditá fatta madre con d'intorno una ben numerosa famiglia di sedici figliuoli tra maschi e femmine, onde poi queste per parentadi, quelli per comandi d'armi e per impieghi di lettere o innestarono o fruttarono al nobilissimo nome Althann titoli eccellentissimi di cariche, Tosoni d'oro, «Altezze» ed «Eminenze», in mezzo a cotanto illustre spessa corona si vide e udissi o ripartir loro massime ed esempli di eroica virtú secondo la differenza de' sessi, o confondergliele per la natura ad entrambi i sessi comune.

Ella primieramente loro sovente diceva che ogni qualunque obbligo di cristiana pietá, quantunque menomo, debba di gran lunga anteporsi ai doveri piú seriosi della civiltá, e gravemente appruovava loro il detto coi fatti: la quale, finché visse, non intralasciò giammai le stabilite ore, altre destinate a porger prieghi al nostro sommo Signore Iddio, altre nella lezione di vite di santi, altre nella meditazione delle cose sublimi ed eterne, e particolarmente nella *Vita di Giesú Cristo ad imitar proposta* dal pio gran cancellier di Parigi: ben avvisata la saggia donna che la vita di quel Dio-Uomo, la quale,

senza forza d'armi, senza arguzie di filosofi, con la degna sublimitá de' dogmi d'intorno alle cose divine, e con la somma equitá de' precetti d'intorno le cose umane, insinuò la religion cristiana dentro le due nazioni, una la piú dotta, l'altra la piú potente di tutti i tempi a noi conosciuti — tra' greci, dico, e romani, — l'imitazion di quella stessa, insegnata efficacemente nelle famiglie, può e deve unicamente conservare le cristiane repubbliche che sono sopra la cristiana religione fondate: massima invero, se per tutte le cristiane genti utilissima, per gli regni e Stati ereditari dell'augustissima casa d'Austria, non che utile, affatto necessaria, i quali sono gli argini della cristianitá, dove l'ottomana potenza rompa l'orgoglio di stendere la tirannide dell'Alcorano piú oltre nelle parti dell'Occidente.

Era ella grandemente innamorata dell'ordine, sovente quel sacro motto ripetendo che le cose ordinate sono da Dio, il quale, perché ordine eterno, è l'infinita bellezza, la quale per intendere della mente a somiglianza di quella del corpo, ella ivi spicca e risalta ove le membra sono bene allogate ne' luoghi loro e con giusta simmetria ben si corrispondon tra sé e ben s'intendono tutte insieme nel tutto. Talché la principal sua cura era che nella sua corte tutti si contenessero dentro i loro doveri, i figliuoli e le figliuole serbassero tra sé que' rispetti che da essi a vicenda richiedevano ed il sesso e, in ciascun sesso, l'etá. Diceva pur, con l'Appostolo, che essa doveva essere riscattatrice del tempo, il quale, prezioso piú che l'oro e le gemme, si vendeva da altri a vilissimo prezzo di ozio, il quale, perché non fa nulla, val quanto il nulla. Onde, quanto parca nel vitto, tanto frugale del sonno, cosí tardi si rendeva al riposo del letto, come di buon mattino si levava per esercitare men osservati i rigori della pietá, mentre la sua prole e la sua corte dormivano, perché quindi col suo esemplo o tardi gli lasciassero o presti si ricevessero a' travagli del giorno: i figliuoli ad apprendere le arti nobili, le figliuole i gentili donneschi lavori, alle quali ella, con le sue damigelle siedendo in mezzo, consolava la pena

dell'imparare o co' forti o co' saggi, e gli uni e gli altri luminosi, racconti di detti o fatti di valorosissime donne.

Ma io deggio innoltrarmi in parte della sua grande ed ammirabil virtú, cotanto in alto sopra i miei pensieri riposta, che io dispero affatto poterla aggiugnere, avendo io a ragionare di una pratica di morale, su la quale ella formò tutta la sua vita di valorosissima madre: che coloro i quali insegnan costumi, diceva ella, debbiano mostrar con la mano ciò che insegnano con la lingua. Vengano ora a petto di questa filosofia i savi di Grecia, i quali o dentro i deliziosi orticelli degli Epicuri, o per le spaziose e magnifiche logge de' Zenoni dipinte da' divini pennelli, o per gli lunghi e verdeggianti viali dell'Accademie piantati di vaghi ed ombrosi platani, e provveduti a dovizia di tutti i comodi umani, né nauseati né afflitti o da mogli che infantano o da figliuoli che ne' morbi languiscono, con tumor di parole o con arguzie di argomenti ragionano dell'imperio della virtú sopra il pazzo regno della fortuna — a cui per giugnere, insegnano o pratiche di vita impossibili alla condizione umana, e, con gli stoici, disumanarsi e non sentir passione alcuna, o pericolose, con gli epicurei, da sètte di filosofi a divenire brutte mandre di porci, regolando i doveri della vita col piacere de' sensi; o dar leggi e fondar repubbliche nel riposo ed all'ombra, che non ebbero altrove luogo che nelle menti degli eruditi; — vengano ora ad udire — che dissi, « udire »? — vengan pur a vedere questa gran madre insegnare egualmente i suoi figliuoli d'entrambi i sessi che avvertissero e riflettessero nelle pratiche della vita civile ch'ella menava; ed aveva ben onde fosse osservata non solamente da' suoi figliuoli, ma ammirata ed imitata dalle sue pari.

Rigorosa e severa circa le leggi de' Cesari sopra di sé, benigna e clemente circa le leggi sue sopra de' suoi vassalli, ripartiva verso i superiori un generoso rispetto, verso gli eguali una signoril libertá, ed un contegno cortese verso i soggetti; — attenta a' complimenti dettati da ragione di umanitá, non da capriccio di alcun piacere; — efficace nelle protezioni

del merito virtuoso, non o di brutta utilitá o d'indegnitá dilettevole; — forte in difendere dall'altrui strapotenza gli oppressi, la cui giustizia facea suo punto, non giá 'l suo punto la lor giustizia; — raccolta ne' pensieri, circospetta nelle parole, moderata nell'azioni, vergognosa in udire le lodi sue, increscevole d'intrattenersi alle detrazioni di altrui, delicatissima nell'emendare i difetti de' suoi, e sempre faccendo sembiante o di compatire o di scusare, o di fare ogni altra cosa fuor che riprendere; — semplice negli abiti, particolarmente vedova; — liberale, non prodiga, dicendo spesso buttarsi bruttamente ciò che possa esser buono ad altr'uso: la qual parsimonia le nudriva la facoltá d'essere quanto tarda e considerata nelle promesse, tanto esatta e religiosa in adempierle, dicendo pure doversi necessariamente una delle due praticar nella vita: o attendere o non promettere; e di essere altresí cotanto liberale, quanto la fu, co' bisognosi, come orfane, pupilli, vedove, e sopra tutto co' poveri che languiscon nelle prigioni.

Tanto la contessa Anna Maria era osservante de' doveri piú commendati in un certo modo che comandati dalla giustizia distributiva, la qual pur confina con la generositá e con la grandezza dell'animo! Or degli obblighi senza indulgenza alcuna ingionti dalla commutativa, come ella fosse stata severa esattrice con seco stessa, quanto egli resta ad immaginare! Ella non altro imprimeva, non altro iscolpiva negli animi teneri de' suoi parti che quella massima di vita socievole, sparsa del piú vivo lume della naturale ragione: « Ciò che non vuoi per te, non devi fare ad altrui ». Ma, perché io non sembri riprendere i costumi de' grandi, quando sono le mie parti lodarne solamente la rara virtú, ridirò, quali appuntino ci sono state dalla fama rapportate di Praga, le sue parole, quando non con aria di severa censura, ma deplorando il dissoluto lusso del secolo, diceva alle volte: — Con qual coscienza vanno a dormire o si appressano a' santi sagramenti quegli anniegati ne' debbiti che essi han contratti per ispese non necessarie di greggi, di cavalli e di cortiggiani, di

livree e di cocchi carichi d'oro, di pranzi e cene prodigalissime, che, potendo, non pagano; non potendo, scherniscono, ma non ingannano Iddio?

Neque illud obturbat: quod ita sit moribus comparatum, ut ubi plurimum naturae, ibi minimum sit industriae, et magna regni neapolitani opulentia segniores incolas faciat. Namque ei rei iam Carolus sapientissime providet, certo prudentum virorum consilio constituto, qui de externis et potissimum maritimis commerciis leges concipiant: iamque aliunde effusa in bonas litteras liberalitate et munificentia, qua et regias

scholas militum castris foede pollutas pristino nitori ac sanctitati restituit, et in professorum album eum, qui nauticam doceret, adscripsit, ingenia ad eas excolendas benignissime fovet: ex quibus olim alius gentilis noster Torquatus Tassus existat, qui Hierosolyma a Carolo Barbonio reciperata cecinerit.

Et quidem his regiis nuptiis hanc egregiam praecipuamque gloriam Neapoli perrarum urbium fatum promittit, quo nata est, ut ab heroicis usque temporibus semper magis magisque splendore et amplitudine cresceret, quae, et mira situs amoenitate, et summa clementia caeli, et rara ubertate soli, et enormi populi frequentia, et ingenti procerum numero, maximi regis certa propriaque sedes ab omnibus, qui eam visunt, dignissima iudicatur. Id ipsum ingens laetitia, qua populus neapolitanus his regiis nuptiis perfunditur, palam probavit quum Amaliam Carolus Caieta Neapolim duxit, quo veluti super ipsius plaudentis populi humeris novus maritus cum nova nupta relatus est, quod iam persentiscerent cives eum liberis dare operam, qui indigenae ipsorum reges futuri essent.

His ipsis igitur regiis nuptiis plebeii sentiunt nationum, quae propriis principibus parent, felicitatem, nam, immensis sumptibus in nuptialem apparatum, festas pompas, ludos, spectacula magnificentissime factis locupletati, annonam a bovum lethali lue, infestissimaque hyeme vexatam non senserunt. Honestiores autem hanc ipsam civilis status beatitudinem gravius advertunt, quum in hac urbe quamplurimos maximorum regum inclytarumque rerumpublicarum legatos, innumeros advenarum principes viros splendidissimo comitatu, quibus nostri proceres magnificentiam non invident, versari vident, quum regium praetorium ceterumque aulae cultum in opum ostentationem instructum vident, quum regiam ceteris Europae loculentissimis splendidissimisque parem fundatam vident.

De his tot, tantis tamque exoptatis bonis, quibus per augustissimas Caroli Borbonii Mariaeque Amaliae Valburgae nuptias fruimur, et quibus longe maiora certo speramus, utri tandem nos habere meritas gratias oporteat — Elisabethaene Farnesiae,

quae regia dote Italiam Philippo aperuit et, felici fecunditate, Carolum filium dedit, an Philippo, qui eum ipsum proprium nobis regem dedit, suoque inclyti principis exemplo eductum regem optimum dedit, eique Amaliam, regiarum virginum lectissimam uxorem, fortissimo consilio sapientissimoque conciliavit — res plane in incerto est. Habeamus igitur utrique innumeras, maximas, immortales; ac Deo Optimo Maximo casti nuncupatas fundamus preces, ut praesentia bona servet, sperata praestet; et ita hanc regiorum coniugum, cum nostra, nedum mistam, confusam, felicitatem perennet.

IV

ISCRIZIONI

I

In morte di Caterina d'Aragona, madre di don Luigi Lacerda duca di Medinaceli, vicerè di Napoli.

(1697)

CATHARINAE ARAGONIAE

PRINCIPI INCOMPARABILI

DOLOR ET AMOR

HOC MONVMENTVM

PIENTISSIMI POSVERE

CVI

TVTELAE NOMINE CEDVNT

ILLIVS

ET RECTE ET BENE FACTA

CVSTODIAE SVNT APPOSITAE

REGIAE VIRTVTES CVNCTAE

ROSAS

QVOTANNIS MITTIT

AETERNA NOMINIS FAMA

II

Per l'edicola eretta a san Gennaro presso la porta Capuana di Napoli in occasione dell'eruzione vesuviana del luglio 1707.

DIVO IANVARIO
VRBIS NEAP. INDIGETVM PRINCIPI
QVOD MONTIS VESVVI ANNO MDCCVII CVM MAXIMA
IGNIS ERVPTIONE FACTA DIES COMPLVRES MAGIS
MAGISQVE FEROCIRET IAM VT CERTISSIMVM VRBI TOTIQVE
CAMPANIAE INCENDIVM MINARETVR SACRI OSTENTV
CAPITIS IN ARA HEIC EXTRVCTA EXCIDIOSOS IMPETVS
EXTEMPLO OPPRESSERIT ET OMNIA SERENARIT
NEAPOLITANI
EIVS DIVINI BENEFICII VTI ET INNVMERVM
ALIORVM QVIBVS A BELLO FAME
PESTILENTIA TERRAEMOTV VRBEM
CIVITATEMQ. LIBERAVIT MEMORES
P. P.

III

In morte di Angela Cimmino marchesa della Petrella.
(1727)

ANGELAE CIMINIAE
LECTISSIMAE FOEMINAE
VIRTVS
CAELO RECEPTA
ELEGANTIA
SEPVLCHRO INLATA
NOMEN
HEIC VIVIT

IV

Pei funerali celebrati a Gaetano Argento nella chiesa di San Giovanni a Carbonara di Napoli.

(1731)

1.

GENVS DICENDI EX GENERE CAVSSAS
IN NEAPOLITANVM
PRIMVS INTVLIT
VTI CICERO
IN ROMANVM FORVM
SE PRIMVM IMPORTASSE GLORIATVR
TANTO PRAESTANTIVS EO
QVO CAVSSAE ORANTVR IN SPECIE
QVANTVM SCIENTIA PRAESTET ARTI

2.

INCENDII INSTAR
SVO IPSIVS AVCTV PLVRA DEPASCENTIS
CAVSSAS ORAVIT
TANTO INGENII ACVMINE
TANTA IVRIS ERVDITIONE DOCTRINA ET SOLERTIA
VT QVAE DISTRACTA EXTRARIA ALIENA VIDEBANTVR
CONIVNCTA INTIMA PROPIAQVE PROBARET
VNDE
RARA ILLA ET PRAECLARA
ORATIONIS COPIA AFFLVEBAT
VT QVAE IN CAVSSIS IPSE NON VIDERIT
IN IMMENSO IVRIS OCEANO
NEQVE EXTARE NEQUE ADEO ESSE DICERETVR

V

Per un arco trionfale elevato a Carlo di Borbone duca di Parma e Piacenza, pel suo sbarco a Livorno, dai negozianti inglesi ivi dimoranti.

(1732)

CAROLO PARMAE ET PLACENTIAE DVCI
OB NOMEN BORBONIVM
SVPRA GALLICI SVAM SIBI ADGNATAM
COGNATA HISPANICI AVSTRIORVM REGNI MAIESTATE
AVCTVM
FARNESII SANGVINIS IVRE IN ITALIAM
PROLATVM
CVM ITALORVM OMNIVM
GERMANIAE GALLIAE HISPANIAEQ.
CONSENTIENTIBVS STVDIIS
ANGLI CVMVLATIS QVOQVE SVIS
HVNC ARCVM PP.
ANNO CIƆIƆCCXXXII

VI

Per la tomba di Giacomo Fitz-James Stuart duca di Berwick.

(1734)

IACOBI STVARTI
BERCOVICIENSIVM DVCIS
IACOBI II BRITANNIAE REGIS FILII
MAXIMORVM GALLIAE EXERCITVVM
IN INGENTIBVS EVROPAE BELLIS LEGATI
RES PRAECLARE GESTAS
ET IMPERATORIVM MORTIS GENVS
HISTORIAE NARRANT
CINERES
HIC LAPIS CONDIT
IACOBVS STVARTVS
DVX LERIANORVM
PARENTI OPTIMO
FILIVS MOERENTISSIMVS
P.

VII

Pel ritorno dell' Universitá di Napoli nel Palazzo degli Studi.

(1736)

PVBLICVM MVSAEVM
HAC MAXIMA VRBE MAGNI REGIS SEDE DIGNISSIMVM
PRO CASTRIS
DIV IN SQVALORE ET SORDIBVS HABITVM
CAROLVS BORBONIVS
REX VTRIVSQ. SICILIAE DVX PARMAE PLACENTIAEQ.
AC MAGNVS HETRVRIAE PRINCEPS
CAELESTINO GALIANO
ARCHIEP. THESSAL. A REGIS SACELLO ET CONSILIO
STVDIORVMQVE PRAEFECTO
CVRANTE
PRISTINO NITORI EX PARTE RESTITVIT
FECITQVE SPEM ATQVE ADEO FIDVCIAM
MAGNIFICENTISSIMO OPERE PERFECTO
PACIS ARTES
IPSIVS AVSPICIIS
HEIC FAVSTE FELICITERQVE PROFECTVRAS

VIII

Per la tomba elevata a Francesco Caracciolo principe di Villa nella chiesa napoletana dei Vergini dalla vedova Eleonora Giudice.

(1737)

FRANCISCVS CARACCIOLVS
VILLENSIVM PRINCEPS
VNICVM SVAE FAMILIAE COLVMEN
IN MATRIMONIVM DVCTA
CONSTANTIA HELIONORA IVDICOEA
IVVENACIENSIVM DVCE HISPANIARVMQ. MAGNATE
COGNATA SVA
IPSA QVOQVE SVAE GENTIS VLTIMA
ATQVE EX EA VNO ITEM SVSCEPTO FILIO
EOQVE PVERO E VIVIS EREPTO
VIGENS ANNIS
INFELICI ORBITATE
DOMVS SVAE FATA CLAVSIT
VIRO MERITISSIMO
MOERENTISSIMA VXOR P.
ANNO CIƆIƆCCXXXVII

IX

Per una statua elevata a Clemente XII in Ravenna in occasione della costruzione del Ponte Nuovo.

(fra il 1737 e il 1741)

CLEMENTIS XII PONT. MAX.

AVSPICIIS

QVEM VIATOR PONTEM SVPERAS MIRAE MOLIS

IN ALVEO QVO VITIS PEDESISQVE FLVMINA

AB VRBE RAVENNA PROCVL AVERTERENTVR

QVORVM INVNDATIONIBVS INTERIACEBAT OBNOXIA

A BARTHOLOMAEO MASSEIO CARD. FLAMINIAE LEGATO

TRIBVS ANTE ANNIS DVCI COEPTO

IVLIVS CARD. ALBERONIVS LEGATVS RAVENNATVM

SVPER AMPLIS PRAEALTISQVE ARCVBVS SVSPENDIT

NE HINC A FLVVIORVM ALLVVIONIBVS

NEVE HINC AB HYBERNI MARIS AESTVANTIS ARENA

FACILE OBSTRVERENTVR

EXTREMIS MAIORI OPERIS FIRMITVDINI SOLIDATIS

QVI AQVIS FORTE EXVNDATIORIBVS ETIAM PATEFIERENT

ET LATERIBVS COMMVNITIS

QVIBVS AB INFERIS ALVEI AD IPSIVS SVPEROS AGGERES

BINAE VTRINQVE ADSTRVCTAE SCALAE

QVA VIAE COMPENDIVM FACTVRVS COMMEES

BINISQ. PONTIFICIIS STEMMATIS IN IPSO PRIMO ET VLTIMO

EXTANTIBVS

VBI TAM SALVTARE TANTI VINDICIS SVI NVMEN

TE GRATA CIVITAS MONET

PARTIM EX ISTRICO MARMORE

PARTIM

EX RESOLVTA ANTIQVAE LATERICIAE ARCIS MATERIA

CVI DE INTEGRO FINGENDAE ANNI VIX OCTO SVFFECISSENT

VNO INCHOAVIT ABSOLVIT ANNO CIϽIϽCCXXXVI

X

Per un temporaneo altare di legno eretto a san Gennaro dal seggio napoletano di Montagna nel giorno della processione detta dell'« Inghirlandata ».

(3 maggio 1738)

1.

HOC TEMPORARIVM TEMPLVM
VBI
STATA RECVRRENTE DIE
AVGVSTA MEMORIA RECOLITVR
QVVM
DIVI IANVARII MARTYRIS
PONTIFICIS BENEVENTANI POPVLARIS SVI
MIRIFICENTISSIMVS CRVOR
A NEAPOLITANIS SACERDOTIBVS
FESTA FRONDE REDIMITIS
PVTEOLIS IN HANC VRBEM TRANSLATVS EST
CURIAE MONTANAE PATRICII
EXCITARI IVSSERVNT

2.

DIVO IANVARIO

OMNIVM CAELITVM QVIBVS PATRIA TVTELA EST PERMISSA
PRAECIPVO
DICATVM HVNC FESTVM DIEM
MONTANAE CVRIAE PATRICII
SEMPER ALIAS CASTO
NVNC VERO ETIAM LAETO IVCVNDOQVE ANIMO
CELEBRANT
QVVM CAROLVS BORBONIVS
PRINCEPS OPTIMVS PIENTISSIMVS
CVM MARIA AMALIA VALBVRGA
REGIA VIRGINE PRAESTANTISSIMA
INCLYTAS NVPTIAS ADORNAT
ET SVO IPSIVS REGE REFLORESCENS NEAPOLIS
ENIXE PRECATVR
VT II LONGA FILIORVM NEPOTVMQVE SOBOLE AVCTI
HANC SVMMAM REGNI NEAP. FELICITATEM PERENNENT

XI

Per le nozze del re Carlo di Borbone con Maria Amalia di Valburgo, in nome dell' Universitá di Napoli.

(1738)

I.

POST
PVBLICOS LVDOS
FESTAS POMPAS
SPECTACVLA
QVIBUS OMNIA CIVIVM PLAVSIBVS PERSTREPEBANT
MVSAE
QVAE SACRA AMANT SILENTIA
ET SEDATIS GAVDIIS DELECTANTVR
NVNC PRIMVM
AVSPICATISSIMAS
CAROLI REGIS ET REGINAE AMALIAE
NVPTIAS
COMMODVM TEMPVS
NACTAE
CONCELEBRANT

2.

HAEC REGIA ACADEMIA
DIVTVRNO CASTRORVM VSV
CORRVPTA
ET MVNIFICENTIA SAPIENTIAQVE
INCLYTI REGIS CAROLI BORBONII
SARCTA TECTA
ET VTILIORIBVS LEGIBVS
ORDINATA
NVNC
AVGVSTAS
IPSIVS CVM EGREGIA REGINA AMALIA
INITAS NVPTIAS
NON SOLVM COMMVNI CIVIVM OBSEQVIO
CELEBRAT
SED CERTO GRATI ANIMI OFFICIO
LAVDIBVS EXORNAT (1)

---

(1) Precedente stesura, poi rifatta nel testo a stampa: « *Quod* | *Carolus rex optimus* | *has scholas publicas* | *in castrorum usum deformatas* | *sapientiae studiis nitidius recoli* | *iusserit* | *tibi* | *Amalia regina* | *uxor tali viro dignissima* | *supra omnium civium commune* | *certo quoque officio* | *felicissimum adventum* | *academia gratulatur* » (Ed.).

3.

FLOS LECTISSIME REGINARVM
MARIA AMALIA VALBVRGA
NOVA NVPTA
CAROLI REGIS
NOVI MARITI
FELICITATEM
EGREGIA NATVRA SVMMA FORTVNA INCLYTAQVE VIRTVTE
PARTAM
CVI TV VNA DEESSE VIDEBARIS
OMNINO PERFICE
ET LAETA FECVNDITATE
ABVNDE CVMVLA
NAMQVE ITA FVTVRVM
AB HIS TIBI ADYTIS
MVSARVM NVMEN
APOLLO
CANIT [1]

---

(1) Precedente stesura: « *Augustis auspiciis concitantibus | ingredere urbem | Maria Amalia Valburga | flos lectissime reginarum | et nova nupta* », ecc. (Ed.).

XII

Pel sepolcro del cardinal Innico Caracciolo vescovo di Aversa, elevatogli in quel Duomo dal nipote.

ABBOZZO

(1738)

INNICO CARACCIOLO
S. R. E. CARD. EPISCOPO AVERSANO
QVI
GENERIS CLARITVTIDEM
ET AMPLISSIMI ORDINIS DIGNITATEM
ORNAVIT ET AVXIT
MIRO CONTEMPTV SVI
SVMMAQVE VITAE SANCTIMONIA
ET QVOD CAPVT EST RARA IN PAVPERES LARGITATE
OMNES OPIMAE ECCLESIAE REDITVS
PRIVATVMQVE PATRIMONIVM
EROGAVIT
OBIIT ANNO DOMINI MDCCXXX (1)
MARTINVS INNICVS CARACCIOLVS
E MARTINENSIVM DVCIBVS
EIVS FRATRIS NEPOS
PIETATIS ERGO P.

---

(1) In bianco nel ms. (Ed.).

XIII

Per la terrasanta acquistata dalla confraternita dei farmacisti napoletani.

(1738)

PHARMACOPOLARVM
BVSTVARIA TERRA
SANCTE LVSTRATA
FRANCISCO BONCORE
PHILIPPI V HISPANIARVM REGIS
MEDICO CLINICO
CAROLI BORBONII REGIS VTRIVSQVE SICILIAE
ARCHIATRO
ET IN REGNO NEAPOLITANO
MEDICAMENTARIIS VNIVERSIS
PRAEFECTO
AVTORE
AC OPERIS CVRATORIBVS
REI PHARMACEVTICAE OCTOVIRIS
CORPORATORVM COLLATO AERE
ANNO CIϽIϽCCXXXIIX

XIV

Nei funerali celebrati a Baldassarre Cattaneo principe di Sannicandro nella chiesa napoletana di Santa Maria della Stella.

(febbraio 1739)

Sulla porta della chiesa, fuori.

BALTHASARIS CATANEI
SANCTONICANDRENSIVM PRINCIPIS
PARENTALIA
AMPLISSIMI VIRI
MANES
PII QVI ADESTIS PIATE CIVES

Sulla stessa porta, dentro.

BALTHASAR CATANEVS
GENVAE MAIORIBVS DOMI FORISQVE CLARISSIMIS ORTVS
AC NEAP. IN CAPVANAM PATRICIORVM CVRIAM ADLECTVS
CVM PRIMARIIS NEAPOLITANIS FAMILIIS
CONNVBIVM VLTRO CITROQVE AGITAVIT
IN SVMMVM NVMEN PIETATE
IN PRINCIPES OBSEQVIO
IN AEQVALES OFFICIIS
IN MINORES BENEFICENTIA
LAVDATISSIMVS
QVAMQVAM AD SENIVM VSQVE AETATEM PERDVXERIT
OMNIBVS TAMEN
AMARISSIMVM SVI DESIDERIVM RELIQVIT

Nelle pareti della chiesa, dirimpetto ai lati del mausoleo.

1.

BALTHASAR CATANEVS
VNETOCTOGINTA VITAE ANNOS PEREGIT
ABSOLVITQVE NVMEROS
QVOS HOMINVM GENERI
ET BONA NATVRA PRAEFINIT
ET SAPIENS CVRATVRA PRODVCIT

2.

DIVTIVS VERO CATANEVS SANE VIXISSET
NI VIVIDVM ACTVOSVMQVE INGENIVM
VITAE CITASSET FINEM
SED HINC ET ILLA VIRI LAVS EXISTIT
IN MAGNIS OPIBVS SVMMAQVE FORTVNAE INDVLGENTIA
OCIVM FELICITATIS COMITEM
FORTI SEMPER ANIMO ESSE AVERSATVM

3.

PVLCHERRIMAE VIRORVM QVI VITA CONCEDVNT LAVDES
ET VIVA QVODAMMODO ELOGIA
SVNT SVPERSTITES QVOS FORTITER SAPIENTERQVE
EDVXERE
QVALIS PATERFAMILIAS BALTHASAR CATANEVS FVERIT
TALIS FILIVS TALIS NEPOS TESTANTVR
ILLE DVX TERMOLENSIVM
VRBIS PRAEFECTVRAM
COMI SAPIENTIA AC LENI VIRTVTE GERIT
HIC ANVERSAE COM.
NONDVM VIRILI AETATE
OMNIBVS
VIRI OPTIMI
FIDVCIAM NEDVM SPEM OPTIMAM MAXIMAM FACIT

4.

LVGVBRIS LAVDATIO
PRONIS OMNIVM AVRIBVS EXCIPI SOLET
CVM QVI NATVRAE CONCESSIT
IS QVALIS CATANEVS IN VITA
IVVERIT MVLTOS
LAESERIT NEMINEM
HOC MONVMENTVM SANE PERENNIVS
IN IMMORTALIBVS HOMINVM PECTORIBVS EXCITATVR
QVAM QVAE PERITVRO TANDEM MARMORE AVT AERE
FINGVNTVR

XV

Pei funerali celebrati alla memoria di Giacomo Francesco Fitz-James Stuart duca di Liria e di Berwick nella chiesa napoletana del Carmine Maggiore il 17 maggio 1739.

IACOBI STUARTI
VIRCOVICENSIUM DUCIS CENSORIUM FUNUS

I.

IACOBVS STVARTVS
PRIMVLVM PVBESCENS
SVB PRAECLARISSIMO ARMORVM IMPERATORE
IACOBO VIRCOVICENSIVM DVCE PARENTE SVO
MILITIAE TIROCINIVM
IN GALLIA INIIT
ET IN PRIMIS ORDINIBVS
REI MILITARIS SCIENTIAM
IN GALLIA IN HISPANIA AD RHENVM
VNDEVIGESIMVM AGENS AETATIS ANNVM
PARENDO IMPERANDOQ. PERDIDICIT

2.

ADGNATI REGIS IN SVA REGNA RESTITVENDI PIETATE
ET ROMANA SACRA IN BRITANNIAM REVEHENDI STVDIO
AD NAVALEM EXPEDITIONEM IN SCOTIAM PROFECTVS
MVLTA QVIDEM VIRTVTIS FACINORA EDIDIT
QVAM INVIDA FORTVNA DESTITVIT
NAMQVE OCEANO HOSTILITER SAEVIENTE
NAVES PARTIM SVBMERSAE PARTIM FRACTAE
ET PER LONGINQVA LITTORA LONGE LATEQVE DISIECTAE
QVAMOBREM STVARTVS
E PROXIMA GALLIA BRITANNIS INVISVS
AD PHILIPPVM V HISPANIARVM REGEM ADIIT MILITATVM
CVI VT CVM DIGNITATE OPERAM DARET
INCLYTVS PARENS
PRIMI HISPANIAE MAGNATVM ORDINIS LOCO
ET DITIONVM QVIBVS IN HISPANIA DOMINABATVR IVRE
CESSIT

3.

PHILIPPVS
REGIVM STVARTI GENVS EGREGIAMQVE VIRTVTEM
SPECTANS
PRAECLARIS HONORIBVS ORNAVIT
MAGNIS ARMORVM IMPERIIS PRAEPOSVIT
MILITARI AVREI VELLERIS TORQVE INSIGNIVIT
ET FEMINAE PRIMARIAE EI NVPTVM DATAE OPIBVS AVXIT
CVMQVE VIRVM
ET MILITARI VIRTVTE
ET SENATORIA SAPIENTIA
AEQVE PRAESTANTEM
ANIMADVERTERET
AMPLISSIMA AD MOSCHORVM IMPERATRICEM LEGATIONE
HONESTAVIT

4.

IN MOSCHICA LEGATIONE
STVARTVS
EIVS FERME IMMENSI IMPERII
STATVM RELIGIONEM LEGES MORES PACIS BELLIQ.
ARTES COMMERCIA
CONTEMPLATVS
EA DE RE LIBROS HISPANICA LINGVA AD LIBEROS MISIT
TANTA SAPIENTIA LVCVBRATOS
VT EORVM LATINA VERSIONE EDITA
AVTOR
INTER RERVMPVBLICARVM SCRIPTORES VTILISSIMVS HABERETVR
ET SANE QVI VIRI DOCTI ID OPVS FORTE LEGERVNT
INGENTI DESIDERIO DEFLAGRANT
VT EIVS COMMENTARII
QVIBVS IPSIVS VITA NARRATVR
PVBLICI IVRIS FIERENT
EXEMPLAR
SENATORIS DVCISQ. MAXIMI

5.

CREDAT POSTERITAS
NAMQVE AETAS NOSTRA VIDIT
STVARTVM
AD MOSCHOS LEGATVM
PATRIAE RELIGIONIS DILIGENTIA
DIVINAS ROMANORUM CAEREMONIAS
PALAM CELEBRARI CVRASSE
PONTIFICEMQ. ROMA IN EVM ORBEM MITTI
QVI PONTIFICIIS SACRIS OPERARETVR
ET INNVMEROS QVI EGEBANT CATHOLICOS
STIPE LARGITER EROGATA SVSTENTASSE
QVAE SANE SVNT
NON PROFANI VIRI
SED CASTISSIMI SACERDOTIS
OFFICIA

6.

STVARTI
MANIBVS
NEAPOLITANOS IN PRIMIS
PACEM AETERNAM
OPTARE IVS FASQVE EST
QVI
MOSCHICA BENE GESTA LEGATIONE
VNDE DVPLICI MILITARI TORQVE AB IMPERATRICE DONATVS
DISCESSIT
VIENNAE AGENS
PHILIPPO REGI
OPIMAM PARMAE PLACENTIAEQ. SVCCESSIONEM
FOEDERE ICTO RETVLIT RATAM
VNDE POSTEA
REBVS IPSIS DICTANTIBVS
AD NOS IN PROPRIVM CERTVMQVE REGNVM
CAROLVS BORBONIVS
OPTIMVS PRINCEPS DEDVCTVS EST

7.

INTEGERRIMVS VERI CVLTOR
ET GENTIVM IVRIS SERVANTISSIMVS
TANTA IN LEGATIONIBVS CLARVIT AVTORITATE
VT CVM DE POLONORVM REGE CREANDO
CAROLVM AVSTRIVM IMP. ET MOSCHORVM IMPERATRICEM INTER
AC HISPANIARVM GALLIARVMQ. ET SARDINIAE REGES
CAVSSA PRIVS QVAM ARMIS DISCEPTARETVR
CAESAREI
IN CLARIGATIONE LITERARIIS TYPIS EDITA
STVARTVM
FACTI IVRISQVE SVI
DARENT TESTEM ADIGERENT ARBITRVM

8.

INDE
ITALICO BELLO EXORTO
STVARTVS
CAROLO BORBONIO
NEAPOLIS AC SICILIAE REGNA RECIPERANTI
PLVRIMVS ADFVIT
ET IN EXPVGNANDA CAIETA
OMNIVM IN MEDITERRANEI ORIS OPPIDO MAXIME INVICTO
QVAM MVLTVM CONSILII ET OPERAE
CONTVLIT

9.

QVIA MILITARE NOMEN GRAVE INTER OCIOSOS
ET LITERARVM ERVDITIO A MVSIS ODIOSA
IN AEQVALIVM COETV
SEDVLO SE OCCVLTABAT
NEC QVICQVAM NISI IN MEDIO POSITVM LOQVEBATVR
ET QVIA VVLGVS MAGNOS VIROS REBVS EXTRA NOS POSITIS
AESTIMAT
CVLTV MODICO AGEBAT
VT VNI SAPIENTES EIVS MAGNITVDINEM INTELLIGERENT

10.

SED A PHILIPPO AD NOSTRVM REGEM LEGATVS
VNDEQVINQVAGESIMO VITAE ANNO SVPREMVM OBIIT
IVCVNDA RERVM IMMORTALIVM EXPECTATIONE ITA PERFVSVS
VT CHRISTIANVS SOCRATES MORI VIDERETVR
ET IN SVPREMIS TABB.

TAM SALVTARIA MONITA
FILIIS SVA IPSIVS MANV PERSCRIPSIT
VT TANTA SAPIENTIA REFERTA
SENECA
IN BALNEO CRVOREM EFFVNDENS
SVIS AVDITORIBVS HAVT SANE DICTASSET
ACERBVM SANE FVNVS
SI VITAE ANNOS NVMERAS
SI VIRTVTES EXPENDAS
EHEV QVAM ACERBISSIMVM

XVI

Per un palazzo restaurato nella via napoletana di San Giovanni a Carbonara da Luigi Molinelli, console genovese in Napoli.

(1740)

IN HAC VIA
SVB PRISCIS NEAPOLITANIS REGIBVS AVGVSTA
IN QVA IVXTA REGIVM PRAETORIVM SITA
EQVESTRES LVDI EDEBANTVR
ET CAROLVS V IMPERATOR
HVC DELATVS AB HISPANIA PERSONATVS OBEQVITAVIT
ALOYSIVS MOLINELLIVS
REIP. GENVENSIS AD CAROLVM BORBONIVM NEAP. ET SICIL. REGEM
ABLEGATVS
HAS AEDES
CLARAE BOMBACIAE VXORIS DOTALE PRAEDIVM
ABSVRDAS SQVALENTESQ.
PRO ANTIQVA LOCI AMPLITVDINE
A FVNDAMENTIS HAC ELEGANTIA ET NITORE
EXCITAVIT
ANNO CIƆIƆCCXL

XVII

Pel rifacimento, dovuto ai fratelli Giuseppe e Pasquale Marciano, della cappella della famiglia Tisbi nel Duomo di Napoli.

(1741)

HOC SACELLVM
ATQVE HEIC IBIDEM SEPVLCHRVM
FVLVIVS TISBIA PATRICIVS MELPHITANVS FVNDAVIT
ANNO DOMINI MDCLXXXI
ET IPSIVS FAMILIA EXHAVSTA
LEGE REDIERVNT
AD THERESIAM DE ANCONA
FOEMINAM NOBILI GENERE ORTAM
CVIVS FF.
IOSEPHVS ET PASCHALIS
EX VETERI ET HONORATA MARCIANORVM FAMILIA
PROFECTI
SIBI SVISQVE POSTERIS
EXCOLVERVNT ET ORNAVERVNT
ANNO MDCCXLI (1)

---

(1) Un precedente abbozzo: « *Hoc sacellum* | *atque heic ibidem sepulchrum* | *Fulvius Tisbia patricius melphitanus i. c.* | *sibi suisque posteris fundavit* | *et ipsius familia exhausta* | *ad Theresiam de Ancona* | *lege redierunt* | *cuius ff.* | *Iosephus et Paschalis Marciani* | *indigenae neapolitani antiquissimi* | *excoluerunt et exornarunt* » (Ed.).

XVIII

Per la nomina di Filippo di Borbone iuniore a generalissimo del corpo di spedizione spagnuolo in Italia.

(1742)

PHILIPPO V
HISPANIARVM REGI OPTIMO AC POTENTISSIMO
ET ELISABETTAE FARNESIAE
FELICI FOECVNDITATE REGINAE
QVOD
TRES FILIOS MARES EDIDERINT
QVO REGIA BORBONIORVM DOMVS
PLVRIBVS FVNDAMENTIS INSISTERET
ET ITALIA IAM VNVM HABET
CAROLVM NEAPOLIS ET SICILIAE REGEM
POPVLORVM DELICIVM
ET PHILIPPVM ALTERVM
PROMPTIS GENTIVM OBSEQVIIS IAM MOX EXPECTAT
ITALIA GALLIA HISPANIA
CONCEPTIS
QVAESITISSIMAS GRATES VNA FORMVLA VERBIS AGVNT

XIX

Per la nascita, a Filippo di Borbone iuniore e a Ludovica Isabella di Francia, della loro prima figlia Isabella Maria, e, probabilmente, in occasione delle feste celebrate in Napoli per l'occasione.

(gennaio 1742)

DUE ABBOZZI DI UN'UNICA ISCRIZIONE

I.

PHILIPPO BORBONIO
REGIO PRINCIPI
QVOD
LAETIS OMINIBVS
EX LVDOVICA ISABELLA
GALLIARVM REGIS PRIMVM NATA FILIA
REGIAM PVELLAM SVSCEPERIT
ET AVGVSTA SOBOLE PARARI COEPTA
SIBI POSTERISQVE SVIS
SIT ITALIAE PRINCIPATVM AVSPICATVRVS

2.

MAGNVM AVGE ANIMVM
ET MAIORES SPIRITVS INDVE
PHILIPPE BORBONIDE
QVOD
REGIAE PVELLAE EX TE RECENS NATAE
CVM SVIS QVAEQVE PROPRIIS MVNERIBVS ADFVERINT
IVNO
REGNA ET PROVINCIAS
MINERVA
SAPIENTIAM
VENVS
CHARITES
PROFERENTES
VT FORTVNA ET VIRTVS
MAIESTAS ET AMOR
COMITES EI ANCILLARENTVR IN VITA

XX

Per la tomba da elevare nella chiesa napoletana di San Domenico Maggiore al marchese Orazio Rocca, caporuota del Sacro Real Consiglio, reggente della Real Camera di Santa Chiara e delegato della real giurisdizione.

(dopo il maggio 1742)

HORATIO ROCCA MARCH.
VNI EX QVATVOR S. C. IVDICVM DECVRIIS PRAEFECTO
ET IN SANCTAE CLARAE CONSILIO SENATORI
VIRO
IVRIS SCIENTIA PRAESTANTISSIMO
ET FORENSI ELOQVENTIA DISERTISSIMO
IN QVO IN OMNI RE SEV PRIVATA SEV PVBLICA
VNVS DOMINABATVR
ANIMVS RECTI TENAX ET VERI CVLTOR
ITA VT OMNEM VITAM EMENSVS
IN CAVSSIS PRIMORVM CIVITATIS ORANDIS
ET IN SVMMIS MAGISTRATIBVS OBEVNDIS
AD HAEC VIVENS PRISCA MORVM SEVERITATE
PROPE EGENTEM OBSCVRAMQVE FAMILIAM RELINQVERET
QVARE CAROLVS REX NEAPOLIS ET SICILIAE
TALIA CIVIS IN REMP. MERITA EXPENDENS
AD EVM MORTI PROXIMVM
CODICILLOS MISIT
IN QVIBVS FRANCISCVM F.
CVI IAM LEGITIMA AETAS AD CAPESSENDOS HONORES ERAT
MAGNAE CVRIAE VICARIAE IVDICEM DESIGNAVIT
ET PATERNVM MARCHIONATVS DECVS SVBSTITVIT
PARENTI OPTIMO
HANC HONESTAM MEMORIAM
FILII PIENTISSIMI P. P.

V

PARERI PRESENTATI QUALE CENSORE CIVILE O DEPUTATO DELLA COLONIA SEBEZIA DELL'ACCADEMIA DELL'ARCADIA PER LA STAMPA DI ALCUNI LIBRI

I

Per i « *Componimenti in lode del giorno natalizio di Filippo V recitati a dì XIX dicembre MDCCIV nell'accademia per la celebrazione di esso giorno nel real palagio, tenuta da don Giovanni Pacecco duca di Escalona viceré di Napoli* (in Napoli, presso Niccolò Bolifoni, MDCCV) ».

[Al duca d'Escalona, viceré di Napoli]

Excellentissime princeps, laudum volumen, quarum magnificum argumentum Philippi V Hispaniarum et Neapolis regis natalis dies, tuo imperio, excellentissime vir princeps, recensui; ac nedum nihil prave dictum quod minueret maiestatem notavi, sed omnia bonis omnibus plena et obsequii gloria refertissima comperi. Tuae sunt modo principis, et doctissimi principis, partes et publicam libri lucem iubere et de hac nostra censione iudicare.

Datum Neapoli, IIII idus iulios anno MDCCV.

Tui, excellentissime princeps,
devinctissimus cliens
Iohannes Baptista a Vico.

II

Per l'opera: « Di Vincenzo Gravina *Tragedie cinque* (in Napoli, nella stamperia di Felice Mosca, MDXII) ».

[Al conte Carlo Borromeo, viceré di Napoli]

Eccellentissimo signore, ho letto, per comando di Vostra Eccellenza, il libro il cui titolo è: *Tragedie di Vincenzo Gravina giureconsulto*, nel quale non ho alcuna cosa notato che offenda la regal giurisdizione o i civili costumi. Anzi vi osservo che il dottissimo autore con maravigliosa facilitá fa discendere nell' intendimento del teatro gli altissimi sensi della piú riposta filosofia, che è il principal fine della poesia utile alle repubbliche; e, faccendo signoreggiar la vera imitazion sopra l'arte, la quale è fatta tutta per la vera imitazione, ci fa avvertire le collere e le querele de' grandi non dover essere iscompagnate da un propio lor contegno e da una signoril gravitá. Ma, ciò che piú importa, non seguendo egli da artefice i precetti, ma riflettendo da filosofo al fine dell'*Arte* — perché ella fu scritta acconcia alle gentili repubbliche, le quali non volevano che le passioni si stupidissero né si sfrenassero, perché, per le passioni moderate, i cittadini operassero bene, appruovavano i mediocri suggetti delle tragedie; ma, tra noi cristiani non avendo termine l'orrore del vizio e la virtú essendo tutta riposta in patire, — esso gli ha scelto estremi e, dovunque può, desta abbominazione de' rei costumi della cieca gentilitá e contro a' vizi de' grandi che rovinano gli Stati. Nell' istesso tempo espone in mostra maravigliose virtú altrui che gli conservano, acciocché i prencipi, come in uno specchio posto all'ombra di maggior lume, piú chiaramente si ravvisino buoni o si ravvedan cattivi.

E per tutto ciò lo stimo degnissimo delle stampe, purché cosí piaccia a Vostra Eccellenza.

Napoli, 10 settembre 1712.

Di Vostra Eccellenza
umilissimo servo
Giambattista di Vico.

III

Per la « *Compendiosa spiegazione dell'impresa, motto e nome accademico del serenissimo Cesare Michelangelo d'Avalos, d'Aquino, d'Aragona marchese di Pescara e del Vasto..., tra gli Aggitati della città di Nardò detto l'Infaticabile e della loro accademia principe perpetuo, con un ragionamento poetico sugli sogni, per mezzo dei quali si descrivono le figure geroglifiche e motti allegorici ovvero emblemi, concernenti alla suddetta impresa e con varii versi latini e sonetti in lode dell'Altezza Sua*, composti da GIOVAN GIUSEPPE GIRONDA MARCHESE DI CANNETO tra gli stessi Aggitati Audace, dedicati all'eminentissimo signor cardinal Alvaro Cienfuegos... (in Napoli, nella stamperia di Felice Mosca, MDCCXXV) ».

[Al cardinal Michele Federico d'Althann, vicerè di Napoli]

Eminentissime princeps, iussus a te, princeps eminentissime, legi enarrationem emblematis, per cuius occasionem sive oblatam sive arreptam praeclarissimus auctor Iohannes Iosephus Gironda Cannetensium marchio, Romani Imperii primorem in augustam domum cum suo ipsius studio, tum maiorum gloria quam optime meritum studiosissime collaudat: quod satis argumenti sit eam typis literariis mandari posse.

Dabam Neapoli, IV eidus septembres anno MDCCXXV.

Tui, eminentissime princeps,
devinctissimus cliens
IOHANNES BAPTISTA VICUS.

IV

Per le « *Stanze* d'IPOLITA CANTELMI STUART, PRINCIPESSA DELLA ROCCELLA, *in lode dell'eminentissimo Antonio Manuele, gran maestro di Malta* (in Napoli, MDCCXXIX, nella stamperia di Felice Mosca) ».

[Al conte Luigi di Harrach, vicerè di Napoli]

Eccellentissimo signore, per ubidire a' comandi di Vostra Eccellenza, ho riveduto il libro il cui titolo è: *Stanze d'*IPOLITA CANTELMI STUART, ecc., e non solamente non vi ho scorto

alcun detto che offenda punto la regal giurisdizione, ma lo stimo degnissimo delle stampe, siccome quello che gravemente ci appruova che, ove generositá di natali, altezza di stato e splendor di educazione si apparecchiarono da gran fortuna a dover servir alla virtú, che dèsti negli ingegni vaghezza de' bei lavori o di colte prose ovver di leggiadre rime, producono vera signoria di stile, non affettata nobiltá di sentimenti e quel tanto difficil nesto di naturalezza e sublimitá.

Casa, 15 decembre 1728.

Di Vostra Eccellenza
riverentissimo servidore
GIAMBATTISTA VICO.

V

Per le « *Tragedie cristiane* del duca ANNIBALE MARCHESE, dedicate all'imperador de' cristiani Carlo VI il grande (in Napoli, MDCCXXIX, nella stamperia di Felice Mosca) ».

[Allo stesso]

Eccellentissimo principe, per comando di Vostra Eccellenza ho letto le *Tragedie* del duca Annibale Marchese, e stimo appartenersi allo splendore di questo reame che da Napoli esca alla luce del mondo la tragedia propia delle repubbliche cristiane, la qual a popoli — che, quanto riescono men docili ad apprendere da quantunque robusti raziocini, altrettanto sono ben disposti a profittare degli esempli maravigliosi — insegni ne' teatri i doveri della religione, la qual sola è efficace a produrre gli altri tutti delle morali e delle civili virtú; e la medesima insiememente, per lo principal fine onde fu ritruovata, con la stessa invitta pazienza de' suoi eroi, ammonisca i príncipi a riverire e temere le leggi eterne della natura e di Dio. Laonde, poiché esse alla di lui sacra soave ombra rifulgono, debbono queste tragedie essere tanti pubblici testimoni che 'l nostro augustissimo regnante imperador

Carlo VI d'Austria sia egli principe per zelo di religione e per amor di giustizia gloriosissimo. Perloché deesi fermamente sperare che l'italiane scene debbano e godere di lor tanta utilitá e rallegrarsi col divino ben culto ingegno del chiarissimo autore, che le faccia comparire ricche di quel piacere che dilettando trattenga, finché cali il panno, gli spettatori, e di meritarne l'universal applauso cosí alla di lui natia nobiltá come alla singolar virtú dell'animo. Alle quali, e non altronde, quel natural sublime proviene che è sommamente desiderato in sí fatta spezie di grande poesia: che sia ella animata da sublimitá di sentimenti e vestita di signorile e grave naturalezza di favellari.

Casa, 6 gennaio 1729.

Di Vostra Eccellenza
ossequiosissimo servitore
GIAMBATTISTA VICO.

VI

Per le « *Poesie diverse* di GIACOMO ANTONIO PALMIERI di Napoli, accademico Stellato, divise in quattro parti (in Napoli, MDCCXXIX, presso Stefano Abbate) ».

[Allo stesso]

Eccellentissimo signore, per comando di Vostra Eccellenza ho letto il libro il cui titolo è *Poesie diverse*, ecc.; né vi ho scorto alcun detto che punto offenda la real giurisdizione né i buoni costumi. E perciò stimo che si possa dare alle stampe, ove cosí piaccia a Vostra Eccellenza.

Napoli, 15 maggio 1729.

Dell'Eccellenza Vostra
umilissimo servidore
GIAMBATTISTA VICO.

VII

Per l'opuscolo: « *Nel funerale della sempre gloriosa memoria del sommo pontefice Benedetto XIII*, orazione detta nella cattedrale di Capua il dí 15 marzo MDCCXXX, all'eccellentissimo e reverendissimo monsignor patriarca di Costantinopoli Mondilla Orsini, nipote del defunto ed arcivescovo della sopra detta cittá di Capua, dal padre GIUSEPPE COPPOLA, della Congregazione dell'Oratorio di Napoli (in Napoli, nella stamperia di Felice Mosca, 1730) ».

[Allo stesso]

Excellentissime princeps, te demandante, princeps excellentissime, orationem in funere Benedicti XIII pontificis maximi e patre Iosepho Coppola e Congregatione oratoriana, Capuae, in pontificio templo, habitam, recensui. Nec ullum omnium iurium Regni laesum offendi, sed et oratorii ductus prudentiam, sententiarum gravitatem, elocutionis splendorem atque adeo christianam pietatem et sapientiam qua tota perfunditur, sum contemplatus, auctorque sum ut literariis, quibus plane digna est, typis detur.

Datum eidibus maiis anno MDCCXXX.

Tui, excellentissime princeps,
devinctissimus cliens
IOHANNES BAPTISTA VICUS.

VIII

Per « *La Cristiade* di MARCO-GIROLAMO VIDA da Cremona, vescovo di Alba, trasportata dal verso latino all'italiano da TOMMASO PERRONE, sacerdote secolare di Lecce, con argomenti ad ogni libro e annotazioni messevi per chiarezza e ornamenti di alcuni luoghi, aggiuntavi anche nel fin di essa la traduzione di due altri poemi dello stesso autore: *Dei bachi* e *Del giuoco degli scacchi* (in Napoli, MDCCXXXIII, nella stamperia di Gennaro Muzio) ».

[Allo stesso]

Eccellentissimo signore, per comando di Vostra Eccellenza ho letta la *Cristiade* di Geronimo Vida tradotta nella nostra volgare lingua dal sacerdote don Tommaso Perrone, né vi ho scorto punto ch'offenda le regal giurisdizione. E non solo non corrompe, ma grandemente migliora i buoni costumi, perché fatta d'un poema eroico il qual è lo piú propio delle cristiane repubbliche, che con le dolcezze poetiche insegna ad imitare le virtú comandate dalla nostra santa religione, sopra le quali esse tutte sono fondate. E, per l'intendimento de' popoli, il chiarissimo traduttore l'ha fatta con chiarezza ugual alla nobiltá del sublime argomento, e con tanta facondia che le cose, le quali vi si dicono, sembrano essere state concepute alla maniera di pensare italiana, tanto nulla odorano di latino, in guisa che, non giá ella ha a chiamarsi traduzione, ma una perfetta parafrasi. Di piú, ne' luoghi dove abbisognavano, l'ha schiarita con dotte e propie, e perciò brevi, annotazioni. L'altre due, una de' *Bachi*, l'altra del *Giuoco degli scacchi*, per l'innocenza delle materie e per la simiglianza del pregio, meritano la stessa censura, ché la prima per lo bene, la seconda per lo piacer onesto del pubblico, ove l'Eccellenza Vostra si compiaccia di comandarlo, stimo degnissime delle stampe.

Napoli, 6 settembre 1732.

Di Vostra Eccellenza
umilissimo e riverentissimo servidore
GIAMBATTISTA VICO.

IX

Per « *La Cleoapatra* del cavalier SCIPIONE CIGALA DE' PRINCIPI DI TIRIOLO, tra gli arcadi detto Demalgo Dinosteniese (in Napoli, MDCCXXXVI, nella stamperia di Gennaro e Vincenzo Muzio) ».

Noi infrascritti specialmente deputati, avendo, in vigor delle leggi d'Arcadia, riveduta la tragedia intitolata *La Cleopatra* del cavaliere Scipione Cigala ecc., giudichiamo che l'autor di essa possa nell'impressione servirsi del nome pastorale e nel frontespizio possa mettersi l'insegna del nostro comune.

LAUFILO TERIO [Giambattista Vico]
ANDROMIO PETROSARIO
poeti arcadi deputati (1).

X

Per l'opuscolo di Giuseppe Pasquale Cirillo: « *Oratio in regia neapolitana Academia postridie nonas novembres habita pro solemni studiorum instauratione, viro amplissimo Bernardo Tanusio, Caroli Borbonii regis neapolitani a secretis, dicata* (Neapoli, Felix Carolus Musca, 1737) ».

[Al re Carlo di Borbone]

Rex celsissime, tuo imperio orationem de literariis studiis auspicandis a Iosepho Cyrillo, tuo iuris antecessore doctissimo, habitam legi, nec in ea quicquam, quod Tuam regiam Maie-

---

(1) Un parere press'a poco simile, sottoscritto da Laufilo Terio (il Vico), Sicildo Parteniate (Pier Mattia Greuther duca di Santa Severina) e Clotalgo Corebeo (Marcantonio Toscani), è nella *Raccolta di componimenti delle Colonie sebezia in lode delle Maestà di Carlo di Borbone e di Maria Amalia di Valburgo, re e regina delle due Sicilie* (in Napoli, MDCCXXXVIII), e si riferisce all'insieme di quei componimenti (Ed.).

statem minuat aut bonos mores corrumpat, notavi: quin dignam hac tua Italiae inclyta Academia, ac proinde te dignam feceris, censeo, authorque sum ut literariis formis mandetur.

Datum Neapoli, V idus novembris anno MDCCXXXVII.

Tui, rex potentissime,
obsequentissimus cliens
IOHANNES BAPTISTA VICUS
latinae eloquentiae professor ac historicus regius.

XI

Per la « *Oratio* παραινετικαὶ *ad seminarii matherani alumnos in sollemni studiorum instauratione*, habita a IOHANNE BAPTISTA SPENA, sacerdote neapolitano, eiusdem rectore et antecessore (Neapoli, MDCCXXXVIII, typis Felicis Caroli Mosca) ».

[Allo stesso]

Summe rex, tuo iussu legi clari viri Iohannis Spenae epistolam praestantissimo medico tuo Francisco Boncore inscriptam et orationem de bonarum studiis literarum auspicandis habitam, utramque sane multa eruditione et latina elegantia lucubratam, nec non tuis regiis iuribus bonisque moribus innoxiam inveni. Quare dignas quae literariis formis mandentur censeo, si hanc meam censuram tuo imperio ratam esse iusseris.

Dabam Neapoli, eidibus mensis maii anno 1738.

Tui, rex celsissime,
obsequentissimus cliens
IOHANNE BAPTISTA VICUS.

XII

Per « *La disciplina del cavalier giovane,* divisata in tre ragionamenti, di NICOLA GAETANI DELL'AQUILA D'ARAGONA, signore di tutta la famiglia (in Napoli MDCCXXXVIII, nella stamperia di Gennaro e Vincenzo Muzio) ».

[Allo stesso]

Sagra Real Maestá, Signore, per vostro regal comando ho letto *La disciplina* ecc., di Nicola Gaetani, ecc.; né vi ho scorto cosa che punto offenda una menoma vostra regal ragione e la quale non anzi giovi che nuoccia a' buoni costumi, e spezialmente della nobile gioventú. Altronde vi ho osservato scelta erudizione, profonda dottrina, fino giudizio d'intorno al sapere e tutte le parti sue: le quali pregevolissime doti, accoppiate alla grandezza e splendore del di lui nobilissimo sangue, appruovano al mondo la vostra sovrana sapienza di averlo trascelto per uno de' vostri consiglieri di Stato. E, per tutto ciò, stimo l'opera degna di darsi alle pubbliche stampe, ove la Maestá Vostra se ne compiaccia.

Napoli, 25 maggio 1739.

Di Vostra sacra real Maestá
umilissimo ed ossequiosissimo servo
GIAMBATTISTA VICO.

XIII

Per l'« *Orazione in lode di san Catello vescovo, protettore della città di Castellammare,* recitata quivi dal padre BERNARDO MARIA GIACCO, frate cappuccino (in Napoli, MDCCXXXVIII, nella stamperia di Gennaro e Vincenzo Muzio) ».

[Allo stesso]

Sacra Real Maestá, per ubidire a' reali comandi vostri ho letto l'*Orazione in lode di san Catello* ecc., né vi ho scorto verun detto che punto offenda la vostra real giurisdizione o

corrompa i buoni costumi. Anzi vi ho osservato una robusta eloquenza, a cui credo che, oltre il grande ingegno e la scelta erudizione del chiarissimo autore, conferisca ben molto il severo istituto della sua austera religione, la quale sdegnando tutti li piaceri del corpo e tutti gli agi della fortuna, non è in altro impiegata che a meditare li divini beni della cristiana virtú, dalla quale lunga e molta meditazione di cose tutte sublimi si forma il petto di una celeste facondia, onde cotal ordine religioso ha dati tanti famosi sacri oratori. Per lo che la stimo degna delle pubbliche stampe, ove questa mia censura sia avvaloratа dal vostro sovrano arbitrio.

Napoli, 7 novembre 1738.

Di Vostra Maestá
ossequiosissimo servitore
GIAMBATTISTA VICO.

VI

DEDICATORIE

I

Degli *Affetti d'un disperato.*

(1693)

ALLO ILLUSTRISSIMO SIGNORE E PADRONE SEMPRE COLENDISSIMO, IL SIGNOR DON DOMENICO ROCCA, MARCHESE DI VATOLLA, BARON D'AMATO, UTIL SIGNORE DEL FEUDO DI GIUDA, ecc.

Illustrissimo signore, conciosiacosaché 'l far onore a persona la quale, tra perché di antica nobiltá di sangue [1], di bel candor di costumi e di alto conoscimento delle buone lettere fregiasi, tra perché da lei alcun ricordevole beneficio rimembrasi ricevuto, di riverenzia e di ossequio degna è, ogni animo de' precetti della convenienzia ben informato sommamente desideri, io, da cotal disio portato, essendo da molti amici stato richiesto che la presente canzone, nella quale gli *Affetti di un disperato* maneggio, alle stampe mandassi, a Vossignoria illustrissima l'appresento. Non, per ciò che 'l dono, a petto del suo gran merito, povero sia, punto da imputar

---

(1) De' chiari pregi di questa famiglia laudevole menzione fa Giovanni Boccaccio nella *Vita della Catanese*. Acquistaron splendore allo stesso casato li duchi d'Atene (registro del re Carlo II dello anno 1291, lettera A, foglio 409), le contesse di Lecce (registro del re Carlo II dello anno 1299, lettera A, foglio 211), li prencipi dell'Acaia e conti della Cefalonia (registro del re Roberto dello anno 1332 e 1333, foglio 69), li quali tutti furono alti rampolli di questo nobilissimo ceppo (V.).

sono, perché fui sempre desideroso con una qualche maggior mia fatica al mondo in parte, avvengaché menoma, le obligazioni, che le professo, far cónte: ma ciò dalle continove mie indisposizioni vienmi disdetto. Adunque la si rechi Vostra Signoria illustrissima a grato, qualunque ella siasi, come quella che quasi in voto a lei devotamente consacro.

E rimango

di Vostra Signoria illustrissima
divotissimo e obligatissimo servidore
Gio. Battista de Vico.

II

Della *Canzone in morte di Antonio Caraffa.*

(1693)

Allo eccellentissimo signore, il signor don Tomasso d'Aquino prencipe di Feroleto, conte di Martorano, ecc.

Eccellentissimo signore, perché alle profession delle armi fu mai sempre l'altra delle lettere bisognevole, come quella che sola può mandare a' vegnenti le gloriose gesta de' capitani famosi, le quali quantunque fosseno ne' trofei e negli archi della pietra piú dura iscolpite, pure alla fine, doppo lungo tratto di secoli, con rovinando que' marmi, dalla openione degli uomini anco esse cadrebbono, convenevol cosa ho stimato io che, avendo, per adempiere al debito a che ciascuno è per la patria tenuto e per chiunque con le belle opre chiara la rende, una canzone in morte del signor generale don Antonio Caraffa composto e a tanto non la conoscendo valevole, con lo immortal nome almeno di alcun signore dalle ingiurie del tempo la difendessi. Né a pezza sopra questo mio sí fatto pensiero ho dimorato, impercioché, quello della Vostra Eccellenza da per tutto risuonando, agevol fémmisi presentarla alla

valorosissima Sua persona. Ed invero qual penna, qual mano, qual intelletto non rimarrebbon vinti, se volesseno picciola parte celebrare de' pregevolissimi fregi de' quali va sopra l'uman costume adorna la Eccellenza Vostra? Ché, non perché abbia di grandissimi stati la signoria, non perché tragga l'antica origine da un nobilissimo ceppo che ha produtto piú eroi che rampolli; ma solamente perciò che Ella, degli studi migliori lo alto suo intendimento e de' costumi piú belli il suo gentilissimo animo fornito avendo, il primiero ornamento della nobiltá, e nobiltá napoletana, si estima. Adunque, a ragione gli mi tacendo, di quel tanto priego la Vostra Eccellenza che voglia gentilmente degnare al suo pregiatissimo gradimento questo mio povero sí, ma divoto dono, quale umilmente le proferisco.

E rimango

della Eccellenza Vostra
umilissimo e riverentissimo servidore
GIO. BATTISTA DE VICO.

III

Dell'epitalamio per le nozze di Giulio Cesare Mazzacane principe di Omignano con Giulia Rocca dei marchesi di Vatolla.

(1695)

AL SIGNOR DON G. C. MAZZACANE PRINCIPE DI OMIGNANO.

Illustrissimo mio signore e padrone colendissimo, tra le piú belle e piú leggiadre costumanze le quali erano appresso le due antiche nazioni sopra tutte l'altre piú gentili ed umane, io dico appresso i greci e latini, mi sembra essere stata quella che usavasi nelle nozze, con la quale la novella sposa, purché vergine fosse stata, era posta nel letto maritale col nuovo sposo a giacere. Un coro di donzelle ed un altro di garzonetti solevano un inno in lode del dio delle nozze, intessendovi ancor le lodi di essi sposi, or l'uno or l'altro

vicendevolmente cantare, acciocché i pietosi lamenti ed i paurosi gridi, che sogliono dalle verginelle spose in quell'atto mandarsi, non fossero intesi per avventura d'intorno; e siffatto inno chiamavano essi «epitalamio», del quale non ne abbiamo oggi migliore esempio di quello che lascionne il suavissimo de' latini poeti, Catullo. Ad imitazione del quale ho io il presente composto nelle felicissime nozze di Vostra Signoria illustrissima con l'illustrissima mia signora donna Giulia Rocca; ed ora, in fede dell'allegrezza la quale di esse ho preso, divotamente glielo presento.

E certamente io non ho parole le quali potessero in picciola parte il piacere adequare di che mi ha codesto Suo pregiatissimo matrimonio colmato, considerando quanto giustamente il cielo abbia conceduto a Vostra Signoria illustrissima cosí nobile e valorosa madamigella per isposa degna del Suo gran merito. Perocché, se riguardo la stimatissima persona di Vostra Signoria illustrissima, in essa ravviso tutti quei pregi onde qualunque chiaro signore possa avere a somma gloria fregiarsi, cioè antica nobiltá di sangue e costumi di nobil sangue dignissimi. E, per quanto all'antico splendore della sua discendenza si attiene, chi non sa in quale onore ed in quanta riputazione sia riposto tra le chiare famiglie di questo Regno l'illustrissimo suo casato? quando ancora i forestieri scrittori, che presso a due secoli addietro hanno scritto, di esso menzione facendo, con un'antica signoria di feudi e di vassalli ornato onorevolmente l'avvisano [1]. E qual piú chiara e piú

---

(1) Il padre Leandro Alberti nella sua *Descrizione d'Italia*, e propriamente de' luoghi mediterranei della Lucania, le parole del quale sono le seguenti: « Seguitando la valle di Diano, da Sant'Arsenio un miglio discosto, alle radici del colle giace San Pietro, castello del signor Biagio Marzecano ». E poco dopo: « E piú oltra quattro, appare, sopra il colle dell'Appennino, Diano, castello molto ricco e nobile, rammentato da Tolomeo, dal quale ha pigliato il nome tutta questa valle. Egli è, detto castello, signoreggiato da Giovan Giacomo Mazzacane, governatore de' soldati del principe di Salerno, che conduce per Carlo V imperatore. Piú avanti due miglia, vedesi San Giacomo di Loretto Marzecano » (V.).

certa testimonianza dall'antico onor suo vi ha di quella che ne fa il dominio che Vostra Signoria illustrissima ha di cotesta terra? la quale Ella ha ricevuto, per lungo e diritto ordine di avi, da quel Lionetto Mazzacane [1], il merito del quale fu in tanto pregio dal principe di Salerno tenuto, che lo elesse a sostenere le sue veci di portare il confalone in quel grand'atto e magnifico dell'incoronazione dell'imperatore Carlo V in Bologna [2]. Ma, lasciando da parte i suoi maggiori che ed in guerra ed in pace hanno sempremai accresciuto chiarezza e splendore alla sua famiglia, chiunque riguarda i sopraumani costumi de' quali Vostra Signoria illustrissima ha ricchissimo l'animo, certamente estima che, se la fortuna pareggiasse il suo merito, doverebbe Ella avere di numerosi popoli libera signoria. Tale è la giustizia e la pietá che dimostra verso i soggetti, tanta la gentilezza e la cortesia che usa co' pari, e finalmente è siffatto il valore di che ha se medesima ornata.

Or, tutti cotesti suoi pregi fra meco considerando, non posso contenere nell'animo l'allegrezza che prendo di vedere a Vostra Signoria illustrissima accoppiata con marital nodo l'illustrissima mia signora donna Giulia Rocca, la quale, co' cortesi e gentili costumi, cogli atti leggiadri ed accorti e con le parole piene di senno e di onestá, chiaramente dimostra esser vero germoglio di quel nobilissimo ceppo, dal quale, mentre sotto gli angioini re verdeggiava e fioriva, uscirono una Sibilla, che, impalmandosi al casato Del Balzo de' conti di Andria [3], ed una Beatrice, ch'entrata nel casato D'Aquino de' conti di Loreto [4], adornano oggi gli alberi di quelle chiare

---

(1) Quattro altri feudi nobili ebbe in dote Lionetto Mazzacane da Porzia figliuola di Giovanni Capano, cavaliere del seggio di Nido; e, avendo in essi la sola giurisdizione civile, ottenne dall'imperatore Carlo V anco la criminale, come dall'investitura di essi apertamente si vede (V.).

(2) Giovanni Antonio Summonte, *Del quarto tomo dell'istorie di Napoli* (V.).

(3) *Dell'albero della famiglia di Balzo* del signor duca della Guardia (V.).

(4) *Dell'albero della famiglia d'Aquino* di Scipione Ammirato (V.).

famiglie. Come anche di questo ceppo uscí una moglie di N. di Tarsia, generale d'armi, signore di Belmonte e figliuolo d'una Sanseverino di Bisignano (1); e finalmente un'Elena sposata a Giovanni di Brenna conte di Lecce e nipote di Ugo re di Gerusalemme. Per tacere i molti e ben chiari signori che di questa pianta trassero splendidamente l'origine, come egli sarebbe a dire, de' piú vicini a noi, un Sigismondo, tritavo della sua pregiatissima sposa, marito di Polizena Caracciolo de' marchesi di Gerace, e, de' piú lontani, un Giovanni (2), un Guidone (3), un Guglielmo (4), tutti e tre duchi di Atene, l'ultimo de' quali a tant'altezza di stato aggiunse che meritò per moglie un'Isabella principessa d'Acaia e sorella di Carlo II d'Angiò.

